DE DEMOSTHENIS περὶ συντάξεως ORATIONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

Friedrich
FRIDERICUS WALTHARIUS LEVY
BEROLINENSIS

DIES PROMOTIONIS: D. VI. M. Aug. A. MCMXIX.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt:

Hermannus Diels, Dr. Prof. publ. ord.
Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff,
Dr. Prof. publ. ord.

Gedruckt in der
Hofbuchdruckerei von Bohls Nfl., Neustrelitz.

PARENTIBUS CARISSIMIS SACRUM

Caput I.

De memoria *περὶ συντάξεως* orationis.

Orationi *περὶ συντάξεως* compositae — habitam enim eam esse, cum de oratione iudicanda nihil nobis constet, dicere non ausim-et antiqui grammatici et rhetores minus navaverunt operae studiique quam aliis orationibus Demosthenicis. Cum enim ad orationem interpretandam adminiculis et testimoniis sive ex Demosthene ipso sive ex aliis scriptoribus sive ex inscriptionibus promendis carerent, dubitaverunt, quo conexu vel propinquitatis vinculo cum ceteris Demosthenis orationibus cohaereret, neque habuerunt, quid et de universa et de singulis quibusdam locis cogitarent. Quae quantam iudicandi difficultatem attulerit, ex scholiastae verbis elucet, quo fusius nisi Didymus nemo de oratione disseruit[1]. Frustra enim, quando Demosthenes illam orationem habuerit, enodare conatus eam omnes orationes Philippicas antecedere contendit.[2] Quod num recte affirmaverit, infra disseretur. Utut autem res se habet, id quidem ex scholiastae verbis cognoscitur suis ipsius verbis eum nimiam fidem non habuisse: *ὁ περὶ συντάξεως λόγος οὐκ ἔχει προφανῆ τὸν χρόνον, εἰκάσειε δὲ . . . 6 ἔοικε δὲ . . . .*

Neque vero quisquam eorum, qui in oratione *περὶ συντάξεως* composita tempus consumpserunt, eam a Demosthene abiudicandam esse censuit. Quod non multa operae ad eam collatae vestigia exstant, Arnoldus Schaeferus singulis testimoniis allatis haud scio an sibi offensioni esse non recte putaverit.[3] Praeterquam enim quod non paucae Demosthenis orationes ut alii libri a poetis et sermonis pedestris scriptoribus compositi paulo rarius a grammaticis rhetoribusque commemorantur, corpus Demosthenicum, quod vo-

---

[1]) Demosth. ed. Dindorf, Oxon. 1851, VIII 216-224.

[2]) *τῶν φιλιππικῶν ἐστι προγενέστερος* (216,4).

[3]) Demosthenes und seine Zeit [1] 1856, III, Beil. 2, 89-94: „Es ist befremdend, daß die Rhetoren von der Rede so gut wie keine Notiz nehmen."

catur, Callimachi aetate, id est tertio a. Chr. n. saeculo a viris doctis compositum est.[1]) Quae cum ita sint, omnes orationes et Demosthenicae et spuriae ante annum 260 conscriptae sunt.[2]) Exstat igitur, quod ad orationem *περὶ συντάξεως* attinet, terminus, ante quem composita est. Itaque fieri non potest, ut a posteriore rhetore Demosthenem sese esse simulante (cf. § 10) aliqua de causa scripta sit. Huc accedit, quod ii rhetores, qui mentionem eius fecerunt, eam in suspicionem non vocaverunt. Ergo, quod minus intenta studia ei consecrata sunt, ut Schaeferus quidem ait, offendere non licet. Ad ea autem testimonia, quae l. c. attulit,[3]) anno 1901 Didymi commentarius accessit. Ex quo non minus quam ex scholiastae verbis, quorum Schaeferus, cum offenderit, rationem habuisse non videtur, antiquos grammaticos paulo plus quam doctus ille vir putavit operae orationi dedisse apparet. Quod probatur et Libanii verbis, qui hypothesin confecit, et vestigiis quibusdam adhuc in codicibus exstantibus.

Antiquorum iam temporum grammaticos et rhetores, quemadmodum orationes Philippicae digerendae essent, inter se dissensisse Dionysio utimur teste.[4]) Cuius testimonium oratione diversis corporis Demosthenici locis collocata probatur.[5]) In Marciano F enim orationes sic dispositae sunt, ut orationes I-XII sequantur **XIII**, XIV e. q. s.

Parisinus *Y*: I—XI, *ἐπιστολὴ Φιλίππου, περὶ συντάξεως* ($\overline{\iota\beta}$) Monacensis *A* (*ἔκδοσις δημώδης*): fragmenta orationum Olynthiacarum (I—III), IV—XI, XXII, XXI e. q. s. . . . XIII

---

[1]) Sententiam sequor a Wilamowitzio in seminario prolatam; paulo autem aliter nec non cautius Dielsius in Didymi editione (p. XXI sq.). Si Wilamowitzius, id quod diiudicare non ausim, minus recte iudicavit, terminum, ante quem oratio *π. συντ.* scripta est, habemus initium primi p. Chr. n. saeculi.

[2]) Similiter res se habet in corpore Platonico; dialogi enim, quos antiqui grammatici in suspicionem non vocaverunt, ante annum 260, quos spurios putaverunt, post illum terminum conscripti sunt.

[3]) Dionysius Halicarnassensis orationis ipsius nusquam mentionem fecit (recte Schaeferus et Weilius, Les harangues de Démosthène, Paris 1881, 438; sed cf. Dielsii verba in Didymi commentario facta p. XXXIII.)

Hermogenes *περὶ τῶν στάσεων* p. 33,10 Rabe ∾ Dem. XIII 34, XVII 23.

Aristides (?) *τέχνη* IX 362 Walz.

Harpocration s. v. *Κύθνιοι, ὀπισθόδομος, ὀργάς, παρουσία, μόραν, προπύλαια ταῦτα.*

Anecdota Bekkeri p. 136,14 ∾ XIII 1; 136,26 ∾ XIII 19.

Thomas Magister p. 644 ∾ XIII 5 *ὁ δεῖνα* . . . (falso ex or XVIII).

[4]) cf. Dielsium in Didymi commentario p. XXXII.

[5]) cf. Dielsium l. c. p. XXIII[1]; Fuhrium in editionis praefactione passim.

(loco tricesimo septimo). Restat Parisinus Σ, qui quod ad orationum collocationem pertinet, excepto Augustano omnibus codicibus deterior est.[1][2]) Compluribus autem orationibus titulus est communis, velut *Φιλιππικοί, συμβουλευτικοί, δημόσιοι* e. q. s. Orationem *περὶ συντάξεως* compositam autem alii in deliberativis, alii in Philippicis numeraverunt. Ex scholiastae enim verbis[3]) *ὥστε ὅσοι συντάττουσιν αὐτὸν* (sc. *τὸν λόγον*) *τοῖς Φιλιππικοῖς, ἠγνοήκασι παντελῶς ὅτι τῶν Φιλιππικῶν ἐστι πρoγενέστερος* complures viros doctos, quorum nomina scholiasta aeque ac Didymus[4]) tacuit, orationem iudicavisse Philippicam apparet. Huc accedit, quod oratio etiam in editionibus quibusdam in Philippicarum numero habebatur. Didymus enim in conscribendo libro aliqua editione usus orationes eodem modo atque exemplaris auctor ita disposuit,[5]) ut oratio *περὶ συντάξεως*, quae principem deliberativarum locum obtineret, in Philippicis numeraretur. Dielsio autem, qui exterioribus de causis illud factum esse putat,[6]) non plane adstipulor, sed alteram interpretandi viam esse temptandam censeo: non quo Didymus exemplaris auctoritatem veritus orationem loco movere non auderet, sed quod, qua erat sedulitate, in eis orationibus interpretandis, de quibus iudicium non satis constabat, nescio an alias quoque editiones, quarumcumque particeps fiebat, adhibuerit neque discrepantiam illam animadverterit; multis aliis quoque libri locis simili modo eum erravisse Dielsius ipse demonstravit.[7]) Quo factum est, ut in commentario in orationem, quam in Philippicis collocavit, eam editionem sequeretur, in qua oratio habebatur deliberativa. Neque vero illam ductam esse Philippicam mirabitur, qui cum tertia Olynthiaca eam con-

---

[1]) cf. Dielsium l. c. p. XLVII[1]: „Jedenfalls ist es merkwürdig, daß der beste Text Σ nicht auch die beste und ursprünglichste Anordnung der Reden aufweist."

[2]) Papyri, quibus orationis frustula contineantur, quantum video, adhuc non exstant; cf. Fuhrium in praef. p. XXII[1] sq.; Schubart, Einführung in die Papyruskunde 475 f.

[3]) p. 216, 5 Ddf.

[4]) col. 13, 16 *καὶ τοῦτον ἔνιοι τὸν λόγον εἰς τοὺς Φιλιππικοὺς παρείρουσιν· οὐκ ὀρθῶς ὅσα γοῦν ἐμοὶ δοκεῖ.* (sed. cf. [Aristot.] *περὶ κόσμου* 3 p 393 b 20 *οἱ εὖ γεωγραφήσαντες*: Posidonius: Capelle, Schrift von der Welt 11[6]; Seneca, Natur. Quaest. V 16, 5: apud quosdam: Varro: Kaibel, Herm. 20, 609).

[5]) cf. Dielsium l. c. p. XXI.

[6]) cf. p. XXVI[1]: „in der Ausgabe des Didymos, wo der erste *Συμβουλευτικός*, um das Dutzend vollzumachen, in die *Φιλιππικοί* herübergenommen ist"; cf. etiam p. XXXIII.

[7]) cf. p. XVI.

tulerit.[1]) Ad Didymi autem sententiam et scholiasta et Libanius accesserunt. Illius autem verba cum supra[2]) attulerim, repetere supervacaneum est. Censet enim Ulpianus rhetor, qui vocatur, orationem ideo non esse Philippicam, quod ante Philippicas habita sit. Quam sententiam falsam esse infra cognoscetur. Neque enim Philippicae sunt tres solae in Philippum habitae, quippe quae non vocentur *Φιλιππικοί*, sed *κατὰ Φιλίππου α' β' γ'*, sed omnes[3]) ad Philippum pertinentes (orationes I-XII). Sed de orationis tempore infra fusius agendum erit. Eodem autem quo scholiasta Libanius spectare videtur, cum in hypothesi in orationem confecta haec dicit: *ὁ λόγος οὗτος οὐκέτι Φιλιππικός ἐστιν, ἀλλ' ἁπλῶς συμβουλευτικός*. Sed utrum oratio in Philippicis an in deliberativis numeranda sit, minoris momenti mihi videtur quam ut, quid ipsa sit, cognoscatur; quod ad efficiendum alterum vestigium, quod in codicibus ipsis exstat, sequamur. Namque in *Σ* et in *FAY*, quamvis orationibus collocatis inter se differant, oratio XIII. (*περὶ συντάξεως*) orationem XIV. (*περὶ τῶν συμμοριῶν*) antecedit, quacum arto propinquitatis vinculo continetur.

His antiquorum temporum testimoniis perlustratis — nam post scholiastae et Libanii aetatem nemo iam (excepto Thoma Magistro[4]) orationis rationem habuisse videtur — nostrates quid de oratione iudicaverint, colligamus.

Duodevicesimo demum saeculo vergente Fridericus Augustus Wolfius his verbis orationem primus declamationem ineptam et Demosthenis ingenio indignam iudicavit[5]) (anno 1789): „oratio, quae inscribitur *περὶ συντάξεως* seu de re publica ordinanda Demosthenis non est, sed ex aliis eius, maxime Olynthiaca III. et Aristocratea ab aliquo declamatore consutis pannis confecta.“ Qui declamator qua aetate vixerit, quidve et in conscribenda tota oratione et, cum se Demosthenem esse simulaverit, sibi voluerit, neque apud Wolfium disputatum video neque apud Augustum Boeckhium, qui in eo libro, quem de re publica Atheniensium scripsit, ad

---

[1]) cf. Dielsium l. c. p. 65: „Das Schweigen über Philipp besagt nichts, da alle diese Reden später zu bestimmten Zwecken umgearbeitet und die schärfsten Aktualitäten ausgestrichen oder umgearbeitet sind.“

[2]) cf. p. 9.

[3]) cf. Weilii commentarium p. 436 et Francotte, Le musée Belge XVII (1913), 272: „toutes les Philippiques“.

[4]) cf. p 8[3].

[5]) Proleg. ad Leptineam 124.

Wolfii sententiam accessit[1]). Quos viros doctos secuti sunt Petrus Dobreus, G. H. Schaeferus, Westermannus in „Quaestionibus Demosthenicis“[2]) eique[3]), qui Demosthenis orationibus recensendis et in lucem edendis operam navaverunt. Quorum ex numero affero hos: G. Dindorfium in editione Oxoniensi I 176 (1846), Immanuelem Bekkerum in editione in aedibus Tauchnitzii impressa I 112 (1854), Th. Voemelium, Demosthenis contiones, Halis 1857, 750. Anno autem post (1858) Arnoldus Schaeferus[4]) permotus Boehneckii[5]) defensione (1843) fusius de hac oratione disputavit et variis argumentis collectis eam genuinam esse negavit. Primum enim orationem antiquos grammaticos et rhetores vix respexisse[4]), numerandam autem esse eam in declamationibus inanium adhortationum plenis, quae quo spectarent, non apparere, quales a Demosthene numquam essent temptatae. Huc accedere satis multas ineptias a Demosthene alienas. Quo fieri, ut totum opusculum non satis argutum videretur. Compositam autem esse totam fere orationem ex frustulis, quas auctor e Demosthenis orationibus prompsisset. Neque vero minore vituperatione rhetorem dignum esse, quod non modo exempla a Demosthene prolata in peius mutavisset, sed etiam suis ipsius inventionibus usus orationem erroribus nec non mendaciis complevisset. Singula denique quae suspicionem moverent exstare non pauca. Quae argumenta, cum Schaeferum de oratione nimia cum severitate iudicasse persuasum habeam, vel supra refutata sunt vel infra refellere conabor.

Similiter atque Schaeferus Leonardus Spengelius in actis academiae Bavaricae[6]) de oratione iudicavit. Qui argumenta collegit e sermone petita[7]), quibus orationem

---

1) Staatshaushaltung der Athener I[1] 70[271=3] (ed. M. Fraenkel) 83[a]: „Aus beiden (Olynth. III, Aristocr.) ist in der Rede περὶ συντάξεως S. 174—175 (i. e. §§ 26 sqq.) zusammengeflickt. Denn die ganze Rede wird mit Recht dem Demosthenes abgesprochen.“ cf. 261[g], 280, 526[c].

2) III 165,370.

3) Dignam, quae ad verbum afferatur, existimo Ottonis Hauptii sententiam in „Demosthenische Studien“ I 28 sqq. prolatam: „Ein Teil der Rede, etwa 18--31, ist Flickwerk eines müssigen Kopfes, das übrige trägt das Gepräge des demosthenischen Stils.“ Scripsitne igitur Demosthenes orationem paragraphos 1—17, 32—36 complectentem?

4) v. supra p. 7 sq.

5) Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner und ihrer Zeit p. 170 sqq. 230 sq.

6) Die δημηγορίαι des Demosthenes: Abhdlg. d. Bayer. Akad. IX p. 307 sqq.

7) cf. etiam Dindorfium in Thesauro ling. Graec. vol. II 537 sq. (v. infra).

genuinam non esse probari ei videretur (1860/61). Qua aetate composita sit, ex sermone aliove argumento apparere negat. Anno 1877 tertium volumen eius operis, quod Fridericus Blassius de Atheniensium eloquentia conscripsit, publici iuris factum est, in quo vir ille doctissimus orationem a Demosthene abiudicavit[1]). Inscriptione autem anno 1888 primum in lucem edita[2]) adductus Blassius sententiam ita mutavit, ut orationem a Demosthene inter annos 352 et 350, id est ante tertiam Olynthiacam, habitam esse sibi persuaderet (1893)[3]). Eodem autem tempore quo Blassius Henricus Weilius in studia Demosthenica incubuit et anno 1881 septendecim corporis Demosthenici orationes commentario critico et exegetico instructas edidit[4]). Qui quamquam argumenta ab Arnoldo Schaefero allata usque eo non probavit, ut non pauca refutaret, ab animo impetrare non potuit, ut orationem Demostheni addiceret.[5]) Attamen nonnulla, in quibus viri docti offenderant, optimo iure Demostheni tribui posse identidem in commentario concessit. Eodem modo etiam vicesimo saeculo ineunte Butcherus, qui in bibliothecae Oxoniensis editione Demosthenis nomen uncis inclusit, de oratione iudicavit. Sed cum omnes, quos adhuc enumeravi, viri docti orationis a Demosthene abiudicatae auctorem duxerint rhetorem, Nitschius anno 1906 eam non modo genuinam esse negavit, sed Anaximenem Lampsacenum auctorem iudicavit.[6]) Ceteri autem viri docti, qui vergente undevicesimo et ineunte vicesimo saeculo orationi studia consecraverunt, eam ut a Demosthene scriptam defenderunt et Boehneckium (1843) quasi ducem secuti sunt: Windel, Programm Hameln 1889, quod opusculum non adhibui, et quattuor annis post Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff in libro de Aristotele et urbe Athenis scripto.[7]) Etiam maiore cum fiducia uno anno post Eduardus Schwartzius de oratione

---

[1]) III^1, 355.

[2]) Philios, Ἐφημ. 1888, 25 = Dittenb. Syll.^{3} 204.

[3]) III^2 1, 399.

[4]) Les harangues de Démosthène, Paris 1881.

[5]) p. 435—438.

[6]) Demosthenes und Anaximenes, Zeitschrift für das Gymnasialwesen, Jahresbericht XXXII (1906), p. 73—184; cf. Wendlandium, Gött. Ges. Nachr. 1910, 299[5], 300.

[7]) II 215 sq.: „Wenn er die Rede περὶ συντάξεως nicht selbst verfasst haben sollte, (was ich glaube, wenn ich's auch nicht beweisen kann), so ist diese doch keineswegs von dem dummen Rhetor, dem man sie seit F. A. Wolf zuschreibt. Denn weder Inhalt noch Form verweist sie aus dem demosthenischen Zeitalter."

disseruit in commentatione illa,[1]) quam de prima Philippica scripsit. Similem sententiam atque Schwartzius Hermannus Dielsius protulit, qui orationem eodem tempore atque tertiam Olynthiacam compositam esse censet.[2]) Quem secutus est Paulus Wendlandius.[3]) Huc accedit H. Francotte, La date du discours de Démosthène *περὶ συντάξεως*.[4]) Qui Demosthenem anno 353 2 Theodemo archonte orationem habuisse brevique post retractatam in lucem edidisse demonstrare conatus est.

Quae cum ita sint, forsitan supervacaneum alicui esse videatur novam de hac oratione dissertationem moliri. Quod tamen ut facerem, his causis adductus sum. Primum enim omnes viri docti, quamcumque sententiam de oratione protulerunt, singillatim tantum partibus orationis vel argumentis selectis de totius orationis fide iudicaverunt, cum ego omnia indicia sive ex sermonis forma (velut elocutione, hiatus numerique oratorii observatione) sive ex argumentis petita colligere mihi proposuerim. Tum autem nuperrime viri docti rursus aliter de oratione sentire videntur.[5]) Ulricus Kahrstedtius enim in dissertatione orationem a Demosthene compositam esse negavit[6]) (1910) et Carolus Fuhrius in

---

[1]) p. 54[5], 55: „Dass die Rede unecht ist, hat niemand bewiesen und ist überhaupt nicht zu beweisen.“ „Mit der Theorikenkasse stand und fiel Eubulos; auf dessen Sturz arbeiten die drei olynthischen und die von ihnen unzertrennliche Rede περὶ συντάξεως hin.“

[2]) Didymos p. 65.

[3]) Gött. Gel. Anz. 1906, 364 sq.

[4]) Le Musée Belge 1913, 271—278.

[5]) Dum dissertationem prelis subicere paro, in duas commentationes incido quas silentio non praeterire meum esse existimavi, opusculum dico ab E. Raduegio scriptum, quod inscribitur „Zur Zeitbestimmung des euböischen und olynthischen Kriegs mit Erörterungen über die dritte olynthische Rede und die Rede περὶ συντάξεως“, Regim. 1908 et ab J. Heimero, De Demosthenis oratione XIII., quae inscribitur περὶ συντάξεως. Monast. 1912. Ut de omnibus fere argumentis ac testimoniis longe aliam habeo opinionem atque ille, ita magno cum gaudio meo ab Heimero me non dissentire mihi persuasi. Nihilo minus autem, quod temporis brevitate impeditus sum, quominus omnes dissertationis meae partes cum Heimeri commentatione accurate conferrem et de isdem rebus me similia protulisse ubique commemorarem, a candido lectore veniam mihi datum iri spero.

[6]) Die Politik des Demosthenes I, Dissertation Berlin 1910 p. 89[182]: „Möglich ist die Datierung von [Dem.] XIII auf 353 352 (Blass). Didymos gibt als Ansatz den Kallimachos, Archon 349 348, was weniger gut ist; denn die Beschlüsse (sc. consilia de Megarensibus capta) waren zur Zeit der Rede noch unpraktisch, und bereits 350 hatte doch Athen erfolgreich mit den Waffen interveniert. (Did. XIII 40 sqq.) Man muss bei der Syntaxisrede allerdings die Möglichkeit eines Anachronismus in Betracht ziehen, sie ist auf keine Weise für Demosthenes zu retten;“ cf. verba Eduardi Schwartzii p. 13[1] allata!

egregia bibliothecae Teubnerianae editione (1914) orationem causis in praefatione non allatis spuriam iudicavit. Quos secuti sunt, qui tertiam syllogae Dittenbergerianae editionem curaverunt, viri docti (1915); cf. I 280 commentarium in inscriptionem 204 conscriptum.

Caput II.

Utrum oratio genuina an subditiva sit, disseritur.

a) de sermone orationis.

Argumentis e sermone petitis ad diiudicandas corporis Demosthenici orationes viri docti adhuc parum sunt usi. Neque exstat adhuc opusculum, quo omnia, quae ad orationum pseudo-Demosthenicarum singulas formas, voces, structuras, id est ad *τὴν τῶν ὀνομάτων ἐκλογήν*, pertinent, contineantur. Quae cum ita sint, hanc partem relictam in praesentia in unam quidem orationem explere mihi proposui. Sed in eius modi quaestionibus summa moderatio adhibenda est. Quotiens enim vocabulum in nulla quidem oratione a Demosthene scripta, sed aut in una tertia decima aut simul in hac aliisque corporis Demosthenici spuriis orationibus invenitur, suspectum est. Etiam magis suspicio movetur, cum Demosthenes pro hoc vocabulo alio synonymo utitur. Tamen cavendum est, ne eius modi argumentis confisi orationem a Demosthene abiudicare nimis facile animum inducamus. Est enim concedendum multa vocabula apud Demosthenem ipsum nisi uno orationis XIII. loco nusquam alibi exstantia, ab iis autem rerum scriptoribus et oratoribus, qui saeculis a. Chr. n. quinto et quarto vixerunt, usurpata non minus bene Demosthenis quam imitatoris ingenio tribui posse. In eis quoque Demosthenis orationibus, quas adhuc viri docti numquam in suspicionem vocaverunt nec vocabunt, multa eius modi *ἅπαξ εἰρημένα* reperiri inter omnes constat. Praeterea quis neget fieri potuisse, ut Demosthenes quibusdam orationum locis consulto, ut aliquid efficeret, pro eo vocabulo, quo alibi uti solebat, novum et insolitum adhiberet? Quod cum de artis vocabulis agitur,[1]) sic se habere apparet. Quae cum ita sint, omnia, in quibus offendatur, colligere et ne quisquilias quidem, ex quibus per se perpensis nihil concludere licet, praetermittere studebo.[2])

---

[1]) Hoc Raduegio (l. c. p. 66 sqq.) neglegendum non fuit.

[2]) Summa laude dignus est index Demosthenicus a Sigmundo Preussio compositus, certissimus dux, quo neglecto fieri non potest, ut quaestiones ad Demosthenis sermonem pertinentes transigantur.

§ 1: *περὶ τοῦ παρόντος ἀργυρίου* verba Spengelio, qui in actis academiae Bavaricae de Demosthenis contionibus egit (l. c. p. 308), notabilia visa sunt. Quem secutus est Henricus Weilius non sine dubitatione; dixit enim in commentario suo haec: „La locution *τὸ παρὸν ἀργύριον* n' a peut-être (sic!) pas d'analogue chez Démosthène". Equidem neque cum Spengelio neque cum Weilio consentio, sed ex his ipsis verbis, dummodo recte ea interpretemur, de totius orationis genere ac ratione aliquantum apparere censeo: „*τὸ παρὸν ἀργύριον*" enim mihi monstrare videtur de certa pecunia agi, nota iam eis, qui audiunt et legunt: „pecunia, de qua nobis, qui in contionem convenimus, hodie disputandum est." Quodsi haec oratoris verba recte interpretatus sum, et in aliqua contione (nescimus quibus temporibus) de pecuniis quibusdam ordinandis verba facta et habitam esse orationem *περὶ συντάξεως* ab oratore quodam concludere licet. Praeterea non esse quod in illis verbis offendatur, etiam inde cognoscitur, quod cum initiis earum orationum, quas a Demosthene habitas esse constat, consentiunt; cf. enim XIII 1 *περὶ τοῦ παρόντος ἀργυρίου καὶ ὧν ἐκκλησίαν ποιεῖσθε* III 1 *οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τ' εἰς τὰ πράγματ' ἀποβλέψω* .... Quid sit „*τὰ πράγματα*", nemo est eorum, qui audiunt et legunt, quin sciat. III 3 *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, εἴπερ ποτέ, πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται. ἐγὼ δ' οὐχ ὅτι χρὴ περὶ τῶν παρόντων συμβουλεῦσαι χαλεπώτατον ἡγοῦμαι.* II 1 *ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γιγνομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασιν.* I 1: *εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε* (XIII 1 *περὶ ὧν ἐκκλησίαν ποιεῖσθε*). 2: *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς* ... XV 1 *οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι περὶ τηλικούτων βουλευομένους διδόναι παρρησίαν ἑκάστῳ τῶν συμβουλευόντων.*

τοῖς σφόδρα ἐν χρείᾳ τοῦ λαβεῖν οὖσιν: unus, quantum video, Spengelius (l. c.) nescio qua de causa offendit: „auffällig".

§ 2: *εἰ μὲν οὖν* ... cum de vocis *εἰ* in oratione *περὶ συντάξεως* habita usu in capite de hiatu scribendo fusius disserere mihi in animo sit, eum a Demosthenis arte nihil differe commemoravisse in praesentia satis habeo.

μετὰ τοῦ πράττειν ἃ προσήκει: constat et prosae orationis scriptores et poetas quaedam verba in deliciis habuisse; quibus occasione data uti consueverunt; quorum in numero est apud Euripidem *ἑλίσσω*, apud Demosthenem *φενακίζω*

et, ut videtur, *ἃ προσήκει ποιεῖν* (*πράττειν, φρονεῖν* vel similia); cf. enim

I	6	*τἄλλ' ἃ προσήκει πάντ'* . . . cf. I 1; 9
II	13	*ὡς προσήκει καὶ δὴ περαίνειν*; cf. II 3; 4; 10
	22	*ἐθελόντων ἃ προσήκει ποιεῖν ὑμῶν αὐτῶν*
	23	*μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν . . . προσήκει*
III	14	*ἀναγκάζειν ἃ προσήκει πράττειν*
VI	8	*πάνθ' ἃ προσήκει προορώμενοι*
VIII	77	*ποιεῖν ἃ προσήκει*
IX	67	*μηδὲν ὧν προσήκει ποιεῖν ἐθέλοντας*
[Anaxim. XI	19	*μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν προσήκει* = Dem. II 23]
XIV	3	*παρασκευάζεσθαι δ' ἃ προσήκει πάντα*
XV	8	*ἃ προσήκει φρονεῖν*
XIII	2	: *πράττειν ἃ προσήκει*
	9	: *τοῦ ποιεῖν ἃ προσήκει*
	21	: *ἃ προσήκει πράττειν*

Cf. apud Cassium Dionem, quem Demosthenis non minus quam Thucydidis sermonem imitatum esse constat: LIII, 10, 7 (ex oratione ab Octaviano habita) *ἀλλὰ τί δεῖ μακρολογεῖν, πάνθ' ἃ προσήκει ποιεῖν ὑμᾶς ἐπεξιόντα;*

§ 3: *καί μοι μὴ θορυβήσητ' ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν*: in hac structura nescio an offenderit quis non recte. Sunt enim qui Demosthenem hic cum *ἐπὶ* verbum *θορυβεῖν* coniunxisse mirentur. Etsi enim semel simili orationis *πρὸς Εὐβουλίδην* habitae loco haec verba fecit LVII, 50 *καί μοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς θορυβήσῃ μηδ' ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν ἀχθεσθῇ*, tamen reliquis orationum locis *θορυβεῖν* vel absolute posuit vel (bis) cum *ὡς* coniunxit (VI 26 VIII 30). Neque vero quisquam, etiamsi *θορυβεῖν ὡς* apud Demosthenem semel exstaret, alteram in Philippum orationem (VI) in suspicionem vocare auderet. Praeterea *θορυβεῖν ἐπί τινι* apud scriptores quarti a, Chr. n. saeculi reperitur (vide tabulam). Quae cum ita sint, ex illo orationis XIII. loco nihil fere concludere licet.

Tabula.

[Andocides] IV 7 *τῷ θορυβοῦντι* (absolute)
Lysias XII 73 *ἐθορυβεῖτε ὡς οὐ ποιήσοντες ταῦτα*
Lycurgus Leocr. 52 *μηδείς μοι θορυβήσῃ*
Isocrates XII 2; 264 : absolute
233 : absolute et in passivo genere verbi
Contra Plato in „Apologia" dixit p. 30 c : *μὴ θορυβεῖν ἐφ' οἷς ἂν λέγω*
Aeschines I 69 *ἐφ' ᾧ ἐθορυβήσατε*
II 51 *θορυβησάντων δ' ἐπ' αὐτῷ τῶν μὲν ὡς εἴη.*

θορυβεῖν ἐπί igitur bene Atticum est neque habemus, quod offendamus. *ἐκκλησίαν ἀποδιδόναι*, quod in tertia orationis paragrapho bis invenitur, apud Demosthenem alibi non exstat. Quae verba ad totam orationem diiudicandam summi esse momenti ut infra[1]) cognitum iri spero, ita hic de sermone pauca proferre satis est. Quid enim est *ἐκκλησίαν ἀποδιδόναι*? Estne idem, quod „eine Versammlung abhalten"?[2]) Quod si quis nonnullis, quae infra afferam, testimoniis fretus contendat, erret. Apud Demosthenem enim exstat: *ἐκκλησίαν ποιεῖν, ἐκκλησίαν ποιεῖσθαι, ἐκκλησία γίγνεται, ἐστί.* Eadem vel similia etiam apud ceteros oratores et rerum scriptores inveniuntur; cf. exempli gratia:

Andocides	I	11	*ἐκκλησία ἦν*
		82	*ποιεῖν*
Lysias	XII	72	*ποιεῖν*
	XIII	8	*ἐγίγνετο*
Thucydides, Xenophon, Plato			*ποιεῖν, συνάγειν, συλλέγειν*
Thucydides			*γίγνεται*
„	I 31	II 36	*καθίσταται*
Xenoph. Hellen.	I	6, 8	*ἀθροίζειν*
Plutarchus, Romulus		22	*ἐκκλησίαν ἄγειν*

Libanius, Hypothesis orationis *περὶ συντάξεως* habitae: *ἐκκλησίαν γὰρ ἀγόντων τῶν Ἀθηναίων περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων παρελθὼν ὁ Δημοσθένης* . . . Solus Aeschines compluribusque saeculis post Lucianus *ἐκκλησίαν ἀποδιδόναι* scripserunt: Aesch. II 84 (deest apud Raduegium et Heimerum p. 37, qui quam habeant rationem verba recte perspexit): *ἀποδοθῆναι γὰρ περὶ τούτων ἑτέραν ἐκκλησίαν*, cf. Schol. *ἤδη γὰρ προεγεγένητο ἡ ἐκκλησία* . . . *ἀποδοθῆναι* igitur obiter intuenti idem esse videatur quod „es sei abgehalten worden". Verum Lucianum audiamus, *Θεῶν ἐκκλησία* c. 1: *μηκέτι τονθορύζετε, ὦ θεοί, μηδὲ κατὰ γωνίας συστρεφόμενοι πρὸς τὸ οὖς ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε ἀγανακτοῦντες εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τοῦ συμποσίου, ἀλλ' ἐπείπερ ἀποδέδοται περὶ τούτων ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος ἐς τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντά οἱ καὶ κατηγορείτω.* Omnibus, qui adsunt, sententiae dicendae potestate facta deos in hodierna contione libere loqui prohibere non licet. Lucianus, *Ζεὺς Τραγῳδός* c. 12: *ἐσαῦθις δὲ ἀποδοθήσεται περὶ τούτων*

---

[1]) v. infra sub finem dissertationis.

[2]) Falso Raduegius l. c. p. 68, qui testimonia ex Luciano prompta non recte interpretatus est.

ἐκκλησία non significat: „ein andermal aber wird hierüber eine Versammlung veranstaltet (oder abgehalten) werden“, sed: „ego, Juppiter, qui principem locum obtineo, alio tempore vobis permittam, ut quae de hac re censeatis, dicatis“. ἀποδιδόναι ἐκκλησίαν igitur est „concedere contionem“ vel permittere, ut aliquid in contione agatur. Athenienses igitur, ut unde sumus profecti revertamur, permiserunt, ut de pecuniis quibusdam ordinandis contione advocata orationes haberentur.[1]) Itaque ἐκκλησίαν ἀποδιδόναι in oratione περὶ συντάξεως habita rarum ἅπαξ εἰρημένον a Demosthenis sermone alienum non est, sed suam eamque optimam habet rationem.

δεῖνα: „Der häufige Gebrauch von δεῖνα ist auffällig“. (Spengelius l. c.). δεῖνα in oratione XIII. septies invenitur (3 bis, 5 ter, 20 bis), in orationibus autem Olynthiacis ter : I : 0 II : 2 III 1, in ceteris Demosthenis orationibus vicies ter. Etsi pronomen illud in oratione περὶ συντάξεως habita aliquanto saepius quam alibi a Demosthene usurpatum esse concedo, Spengelius non recte mihi videtur offendisse; etenim singuli loci sensu non modo cassi non sunt, sed etiam auctorem, quotiens δεῖνα usurpavit, consulto id fecisse infra cognoscetur. Praeterea cum τὸν δεῖνα μηδὲ τὸν δεῖνα verbis (XIII 3) licet conferre XIX 168 ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα.

§ 4: τὰ προσιόντα, etsi Demosthenes „πρόσοδοι“ adhibere consuevit, optime Atticum est nec suspicionem movet; vide enim Aristophanis Eccl. 712: ἵν' ἀποδέχωμαι τὰ προσιόντα χρήματα et Vesp. 664: οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός. Xenoph. Πόρ. 4, 1[2]): πάμπολλα ἂν νομίζω χρήματα ἐξ αὐτῶν καὶ ἄνευ τῶν ἄλλων προσόδων προσιέναι.

παραναλίσκειν, quod in Demosthenis orationibus non invenitur, semel traditum est, idque in prooemio: 21, 3 παραναλώσετε μὲν πάνθ' ὅσ' ἂν δαπανήσητε; quod prooemium a Demosthene fortasse abiudicandum esse Raduegio (p. 68) concedo. Et moveret sane suspicionem haec vox, cum ante Diodori aetatem non reperiatur — post Diodorum ea usi sunt Plutarchus, Dio Chrysostomus, Josephus, Cassius Dio, Lucianus, Libanius — si omnes codices inter se consentirent. F et Y^1 enim προσαναλίσκετε verbum praebent; at praepositio ut rationem non habet, ita nescio an ex voce „προσιόντα“, quae antecedit, translata sit. παραναλίσκετε autem exstat in $AY^3\Sigma$, sed Σ παρ primo non habuit. παραναλίσκετε

[1]) vide infra sub finem dissertationis
[2]) Verba ex Xenophontis Vectigalibus allata debeo Dielsio.

2*

Weilius sic interpretatus est: „vous dépensez en pure perte“; dubito, num recte. παρά— enim in compositis aliquid prava vel inutili ratione fieri significatur; cf. e. g. παράξενος=is, qui se ξένον esse simulat. παραναλίσκειν igitur est: non recte uti, abuti, inutili modo uti, id est pecunia non ad eas res uti, quibus opus est, sed ad eas, quibus opus non est, id est εἰς οὐδὲν δέον. Quae cum ita sint, Demosthenes nescio an ἀναλίσκετε εἰς οὐδὲν δέον scripserit, quae verba scholiasta quidam voce παραναλίσκετε interpretatus est. Postea autem interpretamentum in contextum ipsum irrepsit. Confirmatur autem haec coniectura simili tertiae Olynthiacae loco; cf. enim III 28 πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντ' ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον; III 19 εἰ... ἀναλώσῃ πρὸς ἃ μὴ δεῖ.

ἐξεταστικόν, artis vocabulum, solo hoc loco inveniri consentaneum est.[1])

§ 6: πρῶτον μὲν οἱ σύμμαχοι, ἔπειθ' οἱ στρατηγοί: quod δὲ post ἔπειθ' deest, rursus orationis περὶ συντάξεως sermo cum ceterarum Demosthenis orationum sermone consentit neque ineptum imitatorem sapit.

Lysias enim praebet[2]): πρῶτον μέν, ἔπειτα 16^{ies}
εἶτα bis
μέντοι 16, 20

Isaeus: πρῶτον μέν, ἔπειτα 13^{ies}
εἶτα ter

Isocrates: πρῶτον μέν, ἔπειτα passim uno loco excepto

Aeschines δὲ post ἔπειτα semper omisit, sed in subditicia epistula ἔπειτα δὲ exstat.

Aristophanes, Acharn. 648 semel praebet πρῶτον μέν, εἶτα δὲ

Demosthenes: πρῶτον μέν, ἔπειτα 61^{ies}

Orationes pseudo-Demosthenicae: 22^{ies}
πρῶτον μέν, εἶτα 47^{ies}

δὲ invenitur 22, 17 in codicibus ΣA, in spuria oratione 42, 1; 55, 22. Ex his numeris scriptores Graecos δὲ post ἔπειτα haud fortuito omisisse satis bene apparet; quod qua de causa fecerint, Dielsius cognovit. Cola enim a πρῶτον μέν, ἔπειτα incipientia inter se non opponuntur, sed exstat figura, quam ζεῦγμα vocamus. Nam πρῶτον μὲν verbis δεύτερον δὲ

---

[1]) Non recte offendit Raduegius l. c. p. 67.

[2]) cf. Karlowa, Bemerkungen zum Sprachgebrauch des Demosthenes, Progr. Pless 1883, 13.

respondeat necesse est. Cuius tam accuratae responsionis cum scriptores pigeret, de via, quam ingredi coeperant, declinare et *εἶτα* vel *ἔπειτα* quam *δεύτερον δέ* adhibere maluerunt.

τὰ μίση plurali forma, quae hoc loco cum *τὰ ἐγκλήματα* coniuncta est, Demosthenes etsi nusquam alibi usus est, tamen altera ipsa forma *τὰ ἐγκλήματα* facile adduci potuit, ut uteretur. Quam semel in Platonis re publica inveni: p. 351 d *στάσεις ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει.*

§ 7: *καὶ ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς οἰκείους πολέμους οἰκείᾳ χρῆσθαι δυνάμει συμφέρειν, καὶ πρὸς τἆλλα πράγματ' ἀναγκαῖόν ἐστιν.* *ἄνευ,* quod idem est ac *χωρίς* et praeterquam quod, apud Demosthenem semel, apud alios scriptores satis raro exstat. „Quant à *ἄνευ*, indépendamment de" cf. Couronne (or. XVIII), 89 *ὁ γὰρ τότ' ἐνστὰς πόλεμος, ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν*" (Weilius). Cf. e. g. Xen. Cyn. 4, 10 *ἔστι δὲ καὶ ἄνευ τοῦ εὑρίσκειν τὸν λαγῶ ἀγαθὸν ἄγειν τὰς κύνας εἰς τὰ τραχέα.*

εἰ μὲν γὰρ ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν περιηργάζεσθ' ὅπως ἔχει, ἄλλος ἂν ἦν λόγος.[1]) *περιεργάζεσθαι* Weilius in commentario sic interpretatus est: „*περιεργάζεσθαι* équivaut à *πολυπραγμονεῖν,* mais ne se prend pas ici en mauvaise part comme dans Phil. IV 72." Quodsi quis in hoc usu, quasi moveat suspicionem, offenderit, erraverit. Dicat enim neque Demosthenem, cum quis laudatur vel saltem non vituperatur, neque ceteros orationum in corpore Demosthenico traditarum auctores excepto eo, qui orationem *περὶ συντάξεως* scripserit, *περιεργάζεσθαι* verbo uti, quotiens autem aliquem vituperant vel facta alicuius improbant, eos verbum illud sine ulla dubitatione adhibere. Sed, quemadmodum res se habeat, ut cognoscatur, a spurio vel quidem suspectis orationibus ordiri mihi liceat:

πρὸς Ζηνόθεμιν XXXII, 28: *εἴ τί σ' ἠδίκηκεν ὁ Πρῶτος ἢ λέγων ἢ ποιῶν, ἔχεις ὡς ἔοικε δίκην. οὐδεὶς ἡμῶν ἐκώλυεν, οὐδὲ νῦν παραιτεῖται. εἰ σεσυκοφάντηκας, οὐ περιεργαζόμεθα.*

κατ' Ἀριστογείτονος B[1] XXVI, 15: *καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ἐφ' ὑμῶν μὲν αὐτῶν ἐξετάζειν ἀκριβῶς τοὺς νόμους, ἐπὶ δὲ τῶν περιεργαζομένων τι καὶ κοινῇ πάντας ἐνοχλούντων καὶ προσποιουμένων ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἶναι, ῥαθύμως οὕτως ἔχειν;*

---

[1]) Post *λόγος* in *A* (*ἔκδοσις δημώδης*) *οὗτος* additum est; cf. IX 16 (Fuhr.) et XVIII 44 *ἕτερος λόγος οὗτος*; *Σ* habet *ὁ λόγος*, quod Weilio probandum non fuit; id, quod rectum est, exstat in FY et apud Didymum. Cf. Dem. XXXVIII 8: *ἄλλος ἂν ἦν λόγος.*

Restat oratio X., quae quarta Philippica vocatur. De qua quid sentiam, quamquam Alfredus Koertius eam defendit[1]), nondum mihi constat. Sermo enim orationis a Demosthenis aliquantum discrepare videtur. X, 72 *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ὁρῶ, ὡς τῇ πόλει μὲν ἀσφαλὲς τὸ τὰ αὑτῆς πράττειν, σοὶ δὲ κίνδυνος, εἰ μηδὲν τῶν ἄλλων πλέον περιεργάσει, ἀλλὰ τοὐναντίον σοὶ μὲν ἐξ ὧν ἐργάζει καὶ περιεργάζει τοὺς ἐσχάτους ὄντας κινδύνους, τῇ πόλει δ' ἐκ τῆς ἡσυχίας. περιεργάζει* „équivaut à *πολυπραγμονεῖς*, tu te mêles de choses dont il ne t'appartient pas de t'occuper.“ (Weilius in commentario p. 396). Tum *περιεργάζεσθαι* exstat apud Demosthenem ipsum: XVIII 72 *εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐχρῆν, ἀλλὰ τὴν Μυσῶν λείαν καλουμένην τὴν Ἑλλάδ' οὖσαν ὀφθῆναι ζώντων καὶ ὄντων Ἀθηναίων, περιείργασμαι μὲν ἐγὼ περὶ τούτων, περιείργασται δ' ἡ πόλις ἡ πεισθεῖσ' ἐμοί. περιεργάζεσθαι*[2]) igitur, etsi in oratione XIII. aliam habet vim atque in XVIII., licere *ἅπαξ εἰρημένον* vocare nego; utroque enim loco *περιεργία* quaedam significatur. Quid autem obstabat, ne Demosthenes illam *περιεργίαν*, vocem mediam, in utramque partem verteret, prout occasione data opus erat, seu in malam seu in bonam? Ergo totum contrarium (*εἰ μὲν ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη καὶ μηδὲν . . . περιηργάζεσθε . . ., ἄλλος ἂν ἦν λόγος· νῦν δὲ πρωτεύειν ἀξιοῦτε . . .*) suspicionem non modo non movet, sed etiam ingenium vere Demosthenicum sapit.

§ 8: *πρωτεύειν*, vox bene Attica (Andocides, Aeschines, Isocrates, Plato) apud Demosthenem semel exstat: **XIX 297.** Praeterea in quarta Philippica X 52 et in spuria oratione LXI 52.

---

[1]) Mus. Rhen. 60 (1905).

[2]) *περίεργος* voce Demosthenes, siquidem usus est, id quod, cum de singulis prooemiis iudicium nondum satis fixum sit, incertum est, ut facta vel hominem laudaret, usus non est. Invenitur enim hoc vocabulum in duobus prooemiis: 20,3 *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους λόγους πάντας περιέργους ἡγοῦμαι, ἃ δ' ἂν οἶμαι συνενεγκεῖν* . . . 44,1 *εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ἐγιγνώσκετε ταὐτά, οὔτ' ἄν, εἴ μοι τὰ δέοντ' ἐδοκεῖτε προαιρεῖσθαι, παρῆλθον περίεργον ἡγούμενος . . . λέγειν.* Praeterea *περίεργος* in tribus orationibus vel spuriis vel suspectis traditum est: X 46 (*κατὰ Φιλίππου δ'*)! : *ἐξέστητ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον, καὶ τὸ μὲν προΐστασθαι τῶν Ἑλλήνων καὶ δύναμιν συνεστηκυῖαν ἔχοντας πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν περίεργον ἐπείσθητ' εἶναι καὶ μάταιον ἀνάλωμ' ὑπὸ τῶν ταῦτα πολιτευομένων.* XXXIX 2 (*πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος*) : *εἰ μὲν οὖν ἑτέρου τινὸς οὗτος ἔφη πατρὸς εἶναι καὶ μὴ τοὐμοῦ, περίεργος ἂν εἰκότως ἐδόκουν εἶναι φροντίζων, ὅτι βούλεται καλεῖν αὑτὸς ἑαυτόν.* XLIII 21 (*πρός Μακάρτατον*) : *περίεργον δή μοι δοκεῖ εἶναι λέγειν περὶ τούτων, πλὴν ὅσ' ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν ἐπιμνησθῆναι.*

τὰ δίκαια ὁρίζειν τοῖς ἄλλοις cum Demosthenis ingenio tum quinti et quarti a. Chr. n. saeculi optimo iure tribuitur, quo quam saepe et sophistae et philosophi definire studuerint: *τί ἐστι τὸ δίκαιον;* nemo est, quin sciat.[1] Hoc quoque argumento orationem non a posteriore rhetore minimi aestimando compositam esse apparet.

ἐφοδεύειν verbo — recte enim Dielsius[2]) et Fuhrius *ἐφοδεύσουσαν* lectionem in codice Y² (*γρ*)[3]) exstantem receperunt — Demosthenes nusquam alibi usus est.

In *οὔτε κατεσκεύασθ' οὔτε κατασκευάζεσθε* Spengelius (l.c.) recte offendit; est enim figura, qualis apud Demosthenem nescio an non inveniatur; mihi quidem adhuc non contigit, ut exemplum reperirem. Ergo suspicionem movent haec orationis verba? Non ita; similiter enim de hac figura iudicandum mihi videtur atque de *παραναλίσκειν* (XIII 4).[4]) Namque Didymus figura illa evitata hanc lectionem praebet: *τὴν . . . δύναμιν οὐδὲ κατεσκεύασθε*: opes illas adhuc ne praeparavistis quidem; scilicet: nedum nunc paratae sint ad ea, quae cupitis, peragenda. Cui Didymi scripturae Fuhrio haud probatae[5]) potiorem locum datum velim. Duabus autem de causis fieri potuisse puto, ut varia lectio *οὔτε κατεσκεύασθ' οὔτε κατασκευάζεσθε* in contextum invaderet. Primum enim rhetor vel grammaticus, qui Demosthenis orationibus operam dedit, ut, quae Demosthenes simpliciter dixerat, maiore cum vi exprimerentur, verba orationis sibi mutanda esse ratus figuram illam ut a Demosthene alienam ita rhetoribus acceptam adiecit. Tum autem *οὔτε* et *οὐδὲ* in codicibus saepenumero inter se confundi inter omnes constat. Quae cum ita sint, facile fieri potuit, ut scriba, cum exempli verba describeret, erraret et pro *οὐδὲ οὔτε* scriberet. Cum autem *οὔτε κατεσκεύασθε* verba rationem non habeant, vel scriba ipse vel corrector *οὔτε κατασκευάζεσθε* addere coactus est.

§ 9: A verbis *ἀλλ' ἵν' ἐκεῖσ' ἐπανέλθω,* in quibus Spengelius (l. c.) offendit[6]), Weilius in commentario[7]) suo sus-

---

[1]) cf. apud Polybium, rerum scriptorem philosophia imbutum, *τὰ παρ' ἀνθρώποις ὡρισμένα δίκαια* (II 8, 12).

[2]) Didym. p. 63; cf. Radueg. p. 68 sq.

[3]) codex Y, cum ad recensendas Demosthenis orationes satis magni momenti sit, dignus mihi videtur, qui diligentius exploretur.

[4]) vid. s. p. 19 sq.

[5]) Berl. phil. Woch. 1904, 1124: „*οὐδὲ κατεσκεύασθε* verdient m. E. vor der Überlieferung unserer Hss. nicht den Vorzug und ist vielleicht nur eines der nicht seltenen Versehen des Schreibers.“

[6]) „Auffallender Übergang“.

[7]) p. 443.

picionem removit collata de corona orationis paragrapho 163: *ἀλλ᾽ ἐκεῖσ᾽ ἐπάνειμι.*[1])

καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαβεῖν καὶ τοῦ ποιεῖν ἃ προσήκει σύνταξιν εἶναι: Carolus Fuhrius[2]) *τε καί* verba inter se coniuncta ab oratoribus Atticis perraro usurpata esse demonstravit; quae apud Demosthenem neglectis spuriis orationibus quattuor decies exstant. In oratione *περὶ συντάξεως* habita, quae hac quoque in re cum Demosthenis sermone consentit, *τε . . . καὶ* quinquies reperiuntur, *τε καὶ* nusquam.[3]) Hegesippus autem praebet VII 14 *ὑμᾶς τε καὶ αὐτόν*, Anaximenes XI 9 *Φίλιππόν τε καὶ τοὺς ἀρχομένους.*

§ 10: In p. 199, v. 1/2 (Fuhr.) permulti casus genitivi in *-ων* exeuntes consulto ita dispositi esse videntur, ut tres in *-λων* exeuntes (*πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ καλῶν*) tres in *-των* sequantur (*ὄντων τούτων ἁπάντων*), post quos singuli in *-τῶν* et *λων* positi sunt. Nescio an talia homoeoteleuta in Demosthenis orationibus non inveniantur. Neque tamen in his verbis, tamquam suspicionem moveant, offenderim. Licet enim locum si non parem, at tamen similem ex prima Olynthiaca petitum exempli causa proferre. I 24 *δεῖ τοίνυν ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ᾽ ἃ δεῖ, καὶ στρατευομένους αὐτοὺς καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας, λογιζομένους . . .*

§ 11: *ἀκαιρίαν*: *ἀκαιρία* vox semel in ceteris Demosthenis orationibns invenitur, ibique in casu accusativo: I 24 *ἀκαιρίαν.* Eodem casu hic usus est. Alterum enim ab altero loco pendere infra probabitur.

§ 12: *τῶν διαρρηγνυμένων*: *διαρρήγνυσθαι* vocem sermonis vulgaris propriam, quae apud poetas comicos nonnumquam exstat, ut Demosthenes usurpavit — XVIII 21; 87 LIV 41 — ita posterior rhetor nescio an alienam a dignitate sua putaverit.

---

1) cf. etiam Heimeri dissertationem p. 34.

2) Mus. Rhen. 33 (1878), 578; singula exempla apud Demosthenem ceterosque scriptores exstantia Fuhrius collegit.

3) In oratione *κατ᾽ Ἀριστογείτονος α´* (XXV), quam Weilius defendere conatus est (Rev. de phil. 6 [1882], 1—21, Mélanges Renier, Paris 1887, 17 sqq.) scriptum videmus 47 *ἄνω τε καὶ κάτω*, quod apud Demosthenem non invenitur nisi XXVII 59, in prima oratione adversus Aphobum habita. Cui loco, cum Demosthenes qua erat adulescentia in orationibus adversus Aphobum et Onetora habitis artis perfectae nondum particeps factus sit, vim non tribuo; contra cf.

ἄνω κάτω II 16 IV 41 XXI 91 [XXV] 75
ἄνω καὶ κάτω XVIII 111 XIX 261 XXIII 178 bis
καὶ ἄνω καὶ κάτω IX 36

Demosthenes adversarios ingenti verborum copia usos et ornate dicentes inducit: „*τί δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν Δημοσθένους λόγων ἀγαθὸν γέγονεν; παρελθὼν ἡμῶν, ὁπόταν αὐτῷ δόξῃ, ἐνέπλησε τὰ ὦτα λόγων καὶ διέσυρε τὰ παρόντα καὶ τοὺς προγόνους ἐπῄνεσεν καὶ μετεωρίσας καὶ φυσήσας κατέβη.*“ Quod orationis auctor adversarios non solum inepta, sed etiam tumida verba facere simulat, potius Demosthenis esse videtur, qui illos stultos brutosque putat, vehementer reprehendit, castigat, irridet, quam rhetoris vel imitatoris, qui mores et naturam eorum, quibuscum eis in orationibus conscribendis res est, non eadem subtilitate et perfectione qua exempli auctor depingere consueverunt. Tum autem ex hac quoque re elucet orationem praesentibus adversariis, qui illuduntur, in contione habitam nec inanem esse illam declamationem, quam Wolfius et Schaeferus parvi aestimandam putaverunt. Huc accedit, quod Demosthenes adversarios raris verbis, quae ipse alibi non usurpavit, uti finxit.[1]) *μετεωρίζειν*[2]) enim in eius orationibus non exstat, *φυσᾶν* oratione spuria (LIX, 38; 97) neglecta semel: XIX 134 *τὰς γνάθους φυσῶν*. Quod cum *φυσήσας ἡμᾶς* comparari non potest. Praeterea in illis verbis, quae adversariis addicta sunt, regulae trium brevium syllabarum ratio habita non est. Neque vero, cum fortasse *διέσυρεν* scribendum sit, hoc ita sese habere pro certo affirmaverim.

§ 13: *συνεθίζω* verbum quamvis bene Atticum (Thucydides, Sophocles, Plato, Isocrates, Polybius, Plutarchus) a Demosthene raro usurpatum in ea ipsa Aristocrateae parte invenitur (XXIII 210), quae cum oratione de re publica ordinanda habita propinquitate coniuncta est, Quae qualis sit, infra cognoscemus.

§ 13/14: *τὰ ὦτα πρῶτον ὑμῶν ἰάσασθαι*: „Expression heureuse et digne de Démosthène“. (Weilius p. 445). Ex hoc iudicio, a quo usque eo non dissentio, ut verba non solum digna Demosthene sed Demosthenis ipsius esse contendam, rursus apparere videtur nonnullos viros doctos, qui orationem in suspicionem vocaverunt, parum caute iudicavisse. Nam qua de causa Atheniensium auribus mederi necesse sit, exemplis[3]) ad recentia furta, quae ut

---

[1]) Non recte Raduegius p. 69; aliter Heimerus p. 34.

[2]) Ea ipsa de causa, quam supra attuli, repudio Blassii coniecturam *ἐπάρας* coll. [LIX] 38.

[3]) de his exemplis cum verbis, quae antecedunt, *τὰ ὦτα . . . ἰάσασθαι* arto vinculo coniunctis iam in eo capite, quo de sermone agitur, paulo fusius disserere liceat.

satis levia fuerunt, ita pessima flagitia habita sunt, pertinentibus probatur. Quae exempla Arnoldus Schaeferus vel ementita vel orationis Timocrateae exemplar depravantia rhetorisque imitationem olentia putavit. Cum autem de illis furtis in templo Minervae, quod erat aerarium publicum, et in navalibus commissis nihil aut parum certi memoriae traditum sit, qui licet exempla illa ut mendaciorum plena reicere? Quae Schaeferi sententia a Weilio ita refutata est, ut, quod addam, non habeam; dixit enim in commentario (p. 446) haec: „*τὸν ὀπισθόδομον*[1]): dans le discours (écrit en 352) contre Timocrate, § 136, il est question d'un incendie de cet opisthodome et d'un procès intenté à ce sujet aux trésoriers. Il est extrèmement probable que les deux passages font allusion au même événement; mais comme nous en ignorons absolument les détails, de quel droit soupçonnerions-nous (comme fait A. Schaefer) que l'auteur de cette harangue aura altéré les faits par ignorance?"

κώπας: „Évidemment des rames déposées dans l'arsenal maritime. Est-ce l'affaire d'un fils d'armateur, un certain Philippe, que le peuple faillit condamner à mort? (cf. Timocr. § 138). On peut le conjecturer, sans rien affirmer à ce sujet."

§ 15: *ἄοπλος*, *ἀσύντακτος*, § 16 *παραρρεῖν*, voces bene Atticae, apud Demosthenem casu non exstant. Sed in oratione *περὶ συντάξεως* habita Demosthenem *ἀσύντακτος* voce usum esse consentaneum est.[2])

§ 16: *γέ* particulam in formula iurandi *καὶ νὴ Δία γε* non nisi apud poetas comicos et eos scriptores, qui compluribus saeculis post Demosthenem vixerunt, inveniri Dindorfius in Thesauro linguae Graecae demonstravit (II 537 sq.);[3]) attulit enim Aristoph. Plut. 134; Dionem Prusaensem, Plutarchum, Lucianum, Aristidem, Libanium, Themistium. Praeterea Dindorfius etiam *περὶ συντάξεως* orationis mentione facta haec dixit: „Sic *καὶ νὴ Δία γε* apud scriptorem orationis *π. συντ.* inter Demosthenicas ex optimo libro Paris.; sed nusquam apud Demosthenem ipsum." Et moveret haec formula gravissimam suspiconem, si in omnibus codi-

---

[1]) *ὀπισθόδομος*, artis vocabulum, in ceteris Demosthenis orationibus non reperiri quis miretur?

[2]) Non recte *ἀσύντακτοι* formam rhythmicis de causis usurpatam esse Raduegius p. 70 opinatur.

[3]) Etiam Schaeferus huic argumento magnam vim tribuit.

cibus exstaret. Sed res hoc quoque loco aeque sese habet ac ceteris, quos supra pertractavimus.[1]) Neque enim orationis sermo a Demosthenis discrepat, sed ex omnibus unus Σ falso praebet *καὶ νὴ Δία γε*;[2]) quod recte neque a Weilio neque a Fuhrio receptum est. Quam non enim codicem Σ secutis offendere nobis liceat, etiam inde apparet, quod altero loco, quo auctor eadem formula iurandi usus est (28), in omnibus codicibus *γέ* omisso sola *νὴ Δία* verba exstant.

§ 18: In *τῶν ὑφ' ὑμῶν τιμωμένων* Spengelius (l. c.), non perspicio, quare offendat.[3]) Etiam uno versu post Spengelius, cum *προφάσεις* vocem pro *αἰτίας* usurpatam a Demosthene alienam esse contenderit, iniuria Demosthenis verba in suspicionem vocavit. Weilio autem in commentario (p. 448), ut locum interpretaretur, Thucydidis verbis (I 23, 6 *τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ*) uti opus non erat; namque Demosthenes ipse compluribus locis voce *πρόφασις* pro *αἰτία* usus est. Exempli causa unum locum afferre satis est: XVIII 156[4]) *τὴν μὲν ἀληθεστάτην πρόφασιν τῶν πραγμάτων ἀπεκρύπτετο*; cf. etiam XX 97.

§ 19: In *στρατηγὸς τελεσθῆναι* verbis omnes, qui orationi operam dederunt, offenderunt. Quae Weilius in commentario (p. 448) primum sic interpretatus est: „être dûment et parfaitement stratège." „Locution insolite." Sub finem autem adnotationis verba prooemii quinquagesimi quinti (§ 3, non 4 - erravit Weilius) attulit: *οἳ ποιοῦσι μὲν οὐδέν, χώραν δ' ἀτέλεστον ἔχουσιν, αὐτοὶ τετελεσμένοι.* „Passage qui n'a pas été compris: *χώρα* y signifie: „le poste d'un fonctionnaire, la place occupée par lui, comme chez Polybe I 43, 1 et passim." Hoc „prooemio", si a Demosthene scriptum est, auctor orationis (Demosthenes) usus est; quod verisimile non est; sed si, id quod persuasum habeo, subditicium est, vel ab oratione *περὶ συντάξεως* habita pendere videtur vel ab Aristocratea vel ab utroque; cf. enim cum cetera prooemii argumenta tum:

2: *εἶτα θαυμάζετε, ἐπειδὰν ὁ δεῖν' εὐδαίμων καὶ ὁ δεῖν' ὑμῖν ᾖ συνεχῶς πολλὰ λαμβάνων,*	XIII 20 *τοιγαροῦν ὑμῖν περίεστιν ἐκ τούτων ὁ δεῖνα χαλκοῦς καὶ ὁ δεῖν' εὐδαίμων, εἷς ἢ δύο, ὑπὲρ τὴν πόλιν·*

---

[1]) cf. XIII 4 *παραναλίσκειν*; 8 *οὔτε κατεσκευάσθ' οὔτε κατασκευάζεσθε.*

[2]) *γε* ex *ἕτεροί γε* verbis, quae sequuntur, huc per errorem translatum esse Raduegius p. 71[4] cognovit; in A *γε* utroque loco deest.

[3]) Etiam Heimerus non esse, quod offendatur, p. 35 demonstravit.

[4]) Recte Raduegius p. 71[5].

οἱ δ᾽ ἄλλοι περ[ι]ίητε[1]) *τὰ τούτων ἀγαθὰ ζηλοῦντες.*	*οἱ δ᾽ ἄλλοι μάρτυρες τῆς τούτων εὐδαιμονίας κάθησθε, ...*[1])
3; *δεινότατοι γάρ ἐστ᾽ ἀφελέσθαι μὲν ὅσα ὑμῖν ὑπάρχει*	*... πολλὴν καὶ μεγάλην ὑπάρχουσαν ὑμῖν εὐδαιμονίαν τούτοις προιέμενοι*
	XXIII 210 *αἴτιοι δ᾽ οἱ τὰ τοιαῦτα γράφοντες καὶ συνεθίζοντες ὑμᾶς μὲν αὐτῶν καταφρονεῖν, ἕνα δ᾽ ἢ δύο θαυμάζειν ἀνθρώπους. εἶθ᾽ οὗτοι κληρονομοῦσι τῆς ὑμετέρας*[2]) *δόξης καὶ τῶν ἀγαθῶν, ὑμεῖς δ᾽ οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἀπολαύετ᾽, ἀλλὰ μάρτυρές ἐστ᾽ ἀλλοτρίων ἀγαθῶν.*

Praeterea aliis argumentis e sermone petitis adducor, ut prooemium a Demosthene abiudicem; *ἐπαναγκάζειν* quamquam bene Atticum tamen a Demosthene alienum est: prooem. 55,1 56,3. *ὅραμα*: Xenophon, Aristoteles, posteriores scriptores (*θέαμα* Demosth. XIX 65). *παραζεύγνυσθαι*: Euripides bis, Dionysius Halicarnassensis, Plutarchus.

Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff „prooemium", de quo in libro de Aristotele scripto disseruit[3]) partem orationis Democharis aetate habitae iudicavit. Quodsi auctor in componenda oratione Demosthenis orationes XXIII. et XIII.[4]) ante oculos habuit, tenemus terminum, ante quem oratio *περὶ συντάξεως* habita et litteris mandata et publici iuris facta est. Triginta igitur annis post Demosthenis mortem oratio non minus quam Aristocratea Demosthenica habita esse videtur. Sed si quis eam esse Demosthenis negare perstabit, fieri non poterit, quin eam a rhetore declamante compositam non esse fateatur.

Quae cum ita sint, restat, ut quo modo *τελεσθῆναι στρατηγός* verba interpretanda sint, quaeramus. Difficultatem

---

[1]) *περ[ι]ίητε* ∾ XIII 20 *κάθησθε*! Ex hac significatione apparet eum, qui „prooemium" conscripsit, non tam Demosthenis Aristocrateam quam *περὶ συντάξεως* orationem imitando expressisse! Quam imitationem exemplo deteriorem esse etiam inde cognoscitur, quod duo membra parallela *ὁ δεῖνα χαλκοῦς καὶ ὁ δεῖν᾽ εὐδαίμων* in peius mutata sunt.

[2]) *ὑμετέρας* Blassius non recte uncis inclusit; cf. enim XIII 20 *ὑπάρχουσαν ὑμῖν εὐδαιμονίαν* ∾ p. 55, 3

[3]) Aristoteles und Athen II 400 sq.

[4]) cf. adn. 1

Cobetus,[1]) ut ita dicam, de medio sustulit; qui pro τελεσθῆναι αἱρεθῆναι scribendum esse coniecit. Quod vix dignum est, cuius mentio fiat. Alteram autem eamque rectiorem viam G. H. Schaeferus ingressus verba illa sic explicavit: „τελεσθῆναι Reiskius simpliciter vertit nuncupari, creari. Sed paulo plus, ut opinor, significatur, videturque locutio esse oratoris stomachantis: Singuli operam dantes, ut strategiae quasi initientur mysteriis.“[2]) Huc autem Demosthenem intendisse Weilius (p. 448) negavit.[3]) Equidem Schaeferum verba illa obscura interpretando satis recte explanavisse censeo, etsi locutionem vix esse oratoris stomachantis, sed eos, qui audiunt, non sine ironia quadam acerbitatis plena illudentis concedo. Nihilo setius autem tertiam quoque interpretandi viam temptaverim, quamquam me in avia fortasse perventurum esse non ignoro: ὁ φόβος e. g. idem est quod fuga, terror, timor; φοβεῖν τινα aliquem in fugam dare, terrore, timore afficere. τὸ τέλος idem est, quod magistratus, τελεῖν τινα: magistratu, ut ita dicam, afficere = magistratum ad aliquem deferre. ἕκαστος σπουδάζει τελεσθῆναι στρατηγός igitur est: nemo strategiam ad se deferri non cupit.

§ 20: προσχωρεῖν verbum miro casu apud Demosthenem nusquam invenitur.

§ 24: φθόρος apud Demosthenem nusquam alibi exstat; qui ὄλεθρος adhibere consuevit; cf. IX 31 ὄλεθρος Μακεδών = perditus homo, scelus. Verba περὶ συντάξεως orationis ut ad Aristocrateam (XXIII 202) respiciunt, ita ad verbum non consentiunt; cf. enim ἀνθρώπους οὐδ' ἐλευθέρους, ἀλλ' ὀλέθρους καὶ τοιαῦτα πεποιηκότας ∾ XIII 24 φθόρους ἀνθρώπους οἰκοτρίβων οἰκότριβας. In locum igitur verborum οὐδ' ἐλευθέρους successerunt verba οἰκοτρίβων οἰκότριβας, quae multo maiorem vim habent — οἰκότριψ, artis vocabulum, in sola oratione XIII invenitur — in locum vocis ὄλεθρος φθόρος, vox et rarior et acrior; quarum utramque scriptam videmus apud Aristophanem:[4]) Lys. 325 γερόντων ὀλέθρων, Equ. 1151

---

1) Nov. lect. p. 656.

2) cf. de Wilam.-M., Aristoteles u. Athen II 400: prooem. 55: „aber es ist eine Tollheit bei denen, die, ohne etwas zu tun zu haben, einen unbefristeten Posten einnehmen, obgleich sie für einen befristeten gewählt sind. (Das mag das frostige Wortspiel meinen, χώραν ἀτέλεστον ἔχουσιν αὐτοὶ τετελεσμένοι; natürlich klingt die τελετή neben dem τέλος durch: sie sind geweiht, haben aber einen ungeweihten Platz).“

3) „Explication plus ingénieuse que vraie.“ Dubito, num Weilius Schaeferi sententiam refutaverit.

4) Aristophanis Raduegius cum rationem non habuerit (p. 70), non recte de φθόρος voce iudicavit.

ὦ φθόρε. Thesm. 535 *ταύτην τὴν φθόρον.* Demosthenes autem eos orationum locos, quibus illis verbis usus est, summa cum indignatione pronuntiavit eorumque sermonem comoediarum sermoni accommodavit. Nihilo autem setius in *φθόρος* ut *ἅπαξ εἰρημένῳ* viri docti offenderunt. Quam suspicionem ut tollamus, restat locus quidam orationis de corona habitae: XVIII 127 *ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος περίτριμμ' ἀγορᾶς ὄλεθρος γραμματεύς.* Hic quoque sermo comoediarum proprius usurpatus est et *ἅπαξ εἰρημένον* exstat. *περίτριμμα* enim in Aristophanis Nubibus invenitur 447: *περίτριμμα δικῶν* et apud Demosthenem sola in illa oratione. Quis autem est, qui illam de corona orationis partem idcirco spuriam vel interpolatam dicat?

§ 27: *ἐξαναλίσκω* Demosthenes alibi non usurpavit. Quamquam, cum apud Aeschylum, Platonem (comicum), Aeschinem exstat, bene Atticum est; cf. etiam [Dem.] L, 15. Tamen autem, si quis nimis caute in hoc usu offendere pergat, reputet secum quaeso, quonam modo Demosthenes hoc loco verbo illo usus sit: *οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντ' ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους,*[1]) *ἐξανήλωνται δ' οἵ τ' ἴδιοι πάντες οἶκοι [καὶ τὰ κοινὰ] τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων* . . .; Simplex verbum *ἀναλίσκειν* in altero membro repetere qua de causa Demosthenes non satis habuerit, apertum est: mille quingenta talenta nequiquam consumpta esse, quis erat, qui laetus audiret? Sed omnibus rebus familiaribus nec non sociorum pecuniis non ad mercennarios armis instruendos et alendos plane profusis quanta pericula rei publicae instarent, ut cives recte intellegerent, Demostheni sententia et aucta[2]) et maiore cum vi prolata dicenda erat. Quod ad efficiendum altero loco compositum *ἐξαναλίσκειν* usurpavit.

οἵ τ' ἴδιοι πάντες οἶκοι verba Spengelius (l. c.) in suspicionem vocavit: „unverständlich". Quae quemadmodum intellegenda sint, G. H. Schaeferus recte explicavit; (cf. Weil. comm. p. 454: „toutes les fortunes particulières. L'idée du mot *οἶκος* répond à *πάντα ὅσα τις κέκτηται.* Cf. Xénophon, Écon. I, 5."). Huc accedunt ex Demosthene ipso XXVII, 15 *οὐδὲ τὸν οἶκον μισθοῦν ἐθέλοντος, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων διαχειρίζειν*

---

[1]) Ad verba *εἰς . . . ἀπόρους* interpretanda Weilius Aischin. II 71 recte attulit (p. 453 sq.) neque habeo, quod Raduegio adstipuler verba illa ut rationem vix habentia Demosthenis ingenio tribuenda non esse censenti (p. 67).

[2]) cf. etiam simplex tertiae Olynthiacae exemplar III 28 *πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντ' ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον.*

ἀξιοῦντος . . . XXVII 64 εἰ ἕτεροι μὲν οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι καταλειφθέντες, ἐκ τοῦ μισθωθῆναι διπλάσιοι καὶ τριπλάσιοι γεγόνασιν . . .

§ 30: κονίαμα, artis vocabulum, apud Demosthenem alibi non inveniri mirificum non est.

Similiter res se habet in § 32: ἀποτέμνεσθαι τὴν ὀργάδα. Hoc quid sit, infra in capite de argumentis scripto ostendetur.

§ 32: σφαγεύς vox quam Demosthenes sola in oratione περὶ συντάξεως habita usurpavit, in septima Platonis epistula (336 c) semel et apud poetas tragicos saepe invenitur. Quorum sermoni Demosthenes suum ipsius sermonem in hac orationis parte accomodavit.[1]) Est enim eius copia et ars dicendi tanta, ut omnium orationis generum, quamvis sint diversa[2]), compos sit, neque eum voces illorum proprias, quotiens eis opus erat, adhibuisse mirum est. Quam non sit nobis offendendum in σφαγεύς, ex eo quoque apparet, quod etiam alterum verbum, quo „interfector" significatur, φονεύς dico, in una oratione Midiana exstat, quam hac de causa in suspicionem vix vocaveris (XXI, 160).

§ 36: στοχάζεσθαι vox denique miro casu in nulla oratione Demosthenica invenitur.

Haec habui, quae de sermone orationis dissererem. Ex his argumentis quid concludendum sit, elucet. Namque omnibus orationem quarto a. Chr. n. saeculo, id est Demosthenis aetate, et scriptam et, id quod identidem cognovimus, habitam, plerisque autem eam Demosthenis ingenio non modo dignam esse, sed etiam cum eius sermone optime consentire probatur. Ea autem, quae suspicionem movent, velut οὔτε κατεσκεύασθ' οὔτε κατασκευάζεσθε et καὶ νὴ Δία γε, falso in codicibus tradita esse intelleximus. Neque vero contigit, ut ἅπαξ εἰρημένα posteriorum auctorum propria investigaremus. Reliqua autem singularia non plura extare quam in aliis Demosthenis orationibus uno exemplo satis probabitur. In prima enim Olynthiaca haec inveniuntur: 3 παρασπᾶν, 4 δύσμαχος, καταλλαγή, 10 ἀντίρροπον, 11 παρόμοιος, ἀποτρίβειν, 13 ῥαΐζειν. Ut orationis XIII., ita primae Olyn-

[1]) Eodem spectare mihi videtur dictio trimembris, qua Demosthenem de industria hic usum esse persuasum habeo; cf. enim ἐξιέναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν; βοηθεῖν, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς σφαγεῦσι, τοὺς βουλομένους παρακαλεῖν; ἅπαντα καλὰ ταῦτα καὶ δίκαια καὶ τῆς πόλεως ἄξια.

[2]) cf. etiam τοὺς καταράτους Μεγαρέας: κατάρατος adiectivum, quod in tertia Olynthiaca (III 20), in qua Demosthenes Megarensium mentionem fecit, deest, sermonis cotidiani proprium est: cf. Bruhn ad. Soph. O. R. 1343.

thiacae omnia *ἅπαξ εἰρημένα* scriptoribus Atticis probata sunt. Contra cf. ex spuria oratione XVII. *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν* e.g.:

8	*ὑπεράτοπος*	Origen. c. Cels.
27	*ἐθισμός*	Aristoteles, Polybius, Plutarchus, Antiatticista Bekkeri
	παράδυσις	Josephus
29	*ἀδιήγητος*	Xenophon, Plutarchus, Aristides
30	*διαβεβαιοῦμαι*	Polybius, Diodorus, Dionysius Halicarnassensis, Aelianus, Pollux

b) de hiatu et de regula trium brevium syllabarum quae vocatur.

Quod in oratione *περὶ συντάξεως* habita vocis *εἰ* usum a Demosthene nihil discrepare supra (cf. p. 16) contendi, universa testimonia ex omnibus totius corporis Demosthenici orationibus prompta proferre nostrum est. Cuius modi quaestiones etsi vix dignae videntur, quibus opera detur, satis magni momenti sunt. Inter omnes enim constat ex Isocratis temporibus oratores Atticos maximam consumpsisse diligentiam in hiatu vitando. Non minus autem viris doctis exploratum est post voces quasdam monosyllabas velut *ἤ μή τί* et praepositiones velut *περί* et nonnulla alia verba, quorum ex numero affero *ὅτι*, hiatus ab oratoribus admissos esse. Quae cum ita sint, quaestio oritur, quemadmodum Demosthenes ceterique corporis Demosthenici orationum auctores *εἰ* voce monosyllaba sint usi. Quod ut cognoscatur, singulas orationes perlustremus; notis autem usus sum his: *εἰ* + c. = *εἰ* antecedit vocem a consonante incipientem. *εἰ* + v. i.(n) p.(ausa) = quamquam *εἰ* vocem a vocali incipientem antecedit, tamen oratio, cum inter duo verba pausa loquendi facta sit, non hiat. *εἰ* + v. s.(ine) p. (ausa) = cum loquendi pausa facta non sit, oratio hiat. Ad eius modi autem hiatus, cum quaerendum sit, utrum auctoris culpa an consulto oratio hiet, maxime animus advertendus est. Cum autem ex viginti quattuor litteris undeviginti sint consonantes, multo saepius *εἰ* + c. inventum iri consentaneum est.

a) orationes privatae a Demosthene compositae (continentur autem nomine „privatae" *λόγοι δημόσιοι ἐπιτροπικοί*,[1]) *παραγραφαί, ἰδιωτικοί*)

or. 27 *κατ' Ἀφόβου Ἐπιτροπῆς α'*:

εἰ + c.	*εἰ* + v. i. p.	*εἰ* + v. s. p.
32 ies	2 ies (28,64)	1 ies : 69 *εἰ αἴσθοιτο*

[1]) vide Caroli Fuhrii praefationem p. V[1]

Cum Demosthenes duas in Aphobum orationes admodum adulescens habuerit, mirum non est sermonem ac stilum a ceteris orationibus cum in aliis rebus tum in hiatu satis discrepare. Quod ita esse altero exemplo ad sermonem pertinente, quod Eduardus Nordenus in seminario philologorum quondam attulit, illustrare liceat: or. 28,9 in altera oratione in Aphobum habita scriptum videmus *τοτὲ μέν, πάλιν δὲ*; quod nusquam apud Demosthenem ipsum exstat, nisi forte ex altera tertiae orationis Philippicae recensione *τότε μέν, πάλιν δὲ* conferre licet[1]); quae si non spuria est, at tamen gravissimam movet suspicionem.

	εἰ + c.	εἰ + v. i. p.	εἰ + v. s. p.
or. 28 *κατ' Ἀφόβου ἐπιτροπῆς β'*	8	0	0
or. 30 *πρὸς Ὀνήτορα ἐξούλης α'*	13	0	0
or. 31 *πρὸς Ὀνήτορα ἐξούλης β'*	9	0	1 : 12 *εἰ ἀληθῆ λέγεις*

De duabus in Onetora orationibus idem iudicemus necesse est, quod de orationibus in Aphobum habitis.

or. 41 *πρὸς Σπουδίαν ὑπὲρ προικός*	13	0	0
or. 55 *πρὸς Καλλικλέα περὶ χωρίου βλάβης*	19	1 (20)	1 : 7 *εἰ ἠνέγκατε*
or. 54 *κατὰ Κόνωνος αἰκίας*	28+1 (*ὥσπερανεί*)	0	1 : 15 *εἰ οἷόντε*
or. 36 *παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος*	19	1 (13)	4 (11, 21, 44, 52): 11 *εἰ ἦν ἰδία*: collocavitne sic Demosthenes verba, ut evitaret *εἰ‿ἰδία*? *εἰ + ι* hiatus durior graviorque videtur quam *εἰ + η*. 21 *εἰ ἠφάνιστο* 44 *εἰ ἦν ἐπ' ἐκείνῳ*: Demosthenes vitavit *εἰ‿ἐπ' ἐκείνῳ‿ἦν*. *εἰ+η* cf. ad 11 52 *εἰ οἷόντε* cf. 54, 15.
or. 37 *παραγραφὴ πρὸς Πανταίνετον*	14	0	0

[1]) IX 58

or. 38 *παραγραφὴ πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην*

9	0	0

or. 57 *πρὸς Εὐβουλίδην ἔφεσις*

39	0	0

Ex hac tabula elucet Demosthenem, quod ad artem verborum collocandorum et hiatus fugiendi attinet, volventibus annis aliquantum addidicisse. Cum enim in orationibus privatis, quas et adulescens et iuvenis composuit, hiatum post *εἰ* nonnumquam admiserit, in tribus illis, quas vir conscripsit, hiatus ne in pausa quidem iam exstat. Inter *παραγραφὴν ὑπὲρ Φορμίωνος* autem et *πρὸς Πανταίνετον* sex fere annorum spatium intercessit: 352—346/5 [1])

b) *λόγοι δημόσιοι*

or. 22 *κατ᾽ Ἀνδροτίωνος παρανόμων*

54	0	0

or. 20 *περὶ τῆς ἀτελείας πρὸς Λεπτίνην*

96+1 (32 *ὡσπερανεί*)	4 (24,47,71,135)	5 (68, 79 bis, 109, 127): 68, 109: *εἰ ἄρα* tam saepe apud Demosthenem exstat, ut duo verba unius vim habere mihi persuaserim. (cf. e. g. XIV 5 XVIII 19) 79: *μίαν γὰρ πόλιν εἰ ἀπώλεσεν*. Hiatum admisit Demosthenes, ne regulam trium brevium syllabarum violaret: *εἰ γὰρ μίαν πόλιν ἀπώλεσεν* 79: *εἰ ἦλω* 127: *εἰ ‿ ἦν... ἔχειν ταὐτό* pro *εἰ ‿ ἔχειν ταὐτὸ ‿ ἦν*: verba ita transposita sunt, ut unus hiatus exstet pro duobus.

or. 24 *κατὰ Τιμοκράτους*

110+2 (43 *ὡσπερεί*, 73 *ὥσπερ ἂν εἰ*)	1 (29)	5 (61, 138, 143, 153, 208) 61 *εἰ ἑνί* 138, 153 *εἰ οὗτος* 143 *εἰ οὖν* 208 *εἰ αὐτίκα*

---

[1]) vid. Schaefer, Dem. u. s. Zeit III² 399.

Si quis in Timocratea post *εἰ* tot hiatus, quorum duo gravissimi sunt, extare miretur, totam orationem et hiatibus abundare et quod ad structuram attinet adhuc parum exploratam esse meminerit. Equidem dubito, num Demosthenes ipse orationem, quam habemus, in lucem ediderit, ac duas recensiones imperfectas neque satis lima expolitas similiter atque in oratione de corona habita ex schedis Demosthenis (a Demochare?) contaminatas esse conicio.

or. 23 *κατ' Ἀριστοκράτους*

105+1 (*ὡσπερεί*)	1 (42)	3 : 47 *εἰ οἶδεν* 178, 210 *εἰ ἄρα* cf. ad 20,68

or. 21 *κατὰ Μειδίου περὶ τοῦ κονδύλου*

103 { +1 (60 *ὥσπερ ἂν εἰ*) +3 (18,78,177 *ὡσπερεί*)	0	0

Restat, ut orationes ad rem publicam pertinentes percenseamus. Tabula autem ideo maximi momenti est, quod etiam oratio *περὶ συντάξεως* habita in illarum numero habenda est.

c) orationes Demosthenis ad rem publicam pertinentes.

(*Φιλιππικοί, Συμβουλευτικοί*)

or. 14 *περὶ τῶν συμμοριῶν*

17	0	2 : 5 *εἰ ἄρα* cf. ad. 20, 68 34 *εἰ ἔχοιεν δοῦναι*: Hoc loco fieri non potuit, ut Demosthenes, quocumque modo verba collocabat, hiatum fugeret: *εἰ δοῦναι ἔχοιεν, δοῦναι εἰ ἔχοιεν, εἰ ἔχοιεν δοῦναι.*

or. 16 *ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν*

23	0	1 : 18 *εἰ οἷόν τε,* cf. 54, 18

or. 4 *κατὰ Φιλίππου α'*

21	0	0

or. 15 *ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας*

20	0	1 : 15 *εἰ οἷόν τε* cf. 16, 18

or. 1 *Ὀλυνθιακός α'*

19	1 (26)	0

or. 2 *Ὀλυνθιακός β'*

15	0	0

or. 3 *Ὀλυνθιακός γ′*		
16	0	0
or. 5 *περὶ τῆς εἰρήνης*		
10	0	0
or. 6 *κατὰ Φιλίππου β′*		
14+1 (8 *ὥσπερ ἂν εἰ*)	0	0
or. 19 *περὶ τῆς παραπρεσβείας κατ᾽ Αἰσχίνου*		
138	5 (30 bis, 214, 221, 337)	6 (4, 19, 40, 71, 101, 286) 4 *εἰ ἀδωροδοκήτως* 19, 71 *εἰ ἄρα* cf. ad 20, 68 [40 *εἰ εὖ ᾔδειν*: sed haec verba non orationis sunt, sed epistulae ab oratore recitatae] 101: *εἰ οἷόν τε* cf. 16, 18 286; *εἰ ὁ τοιοῦτος*
or. 8 *περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ*		
30	0	0
or. 9 *κατὰ Φιλίππου γ′*		
30	0	[2]: 7, 30 7 *εἰ ἐφ᾽* hiatus exstat in altera recensione, quae nescio an a Demosthene ipso conscripta non sit; cf. apud Demosthenem ipsum e. g. XVIII 217 *εἰ ἐφ᾽* in pausa. 30: *εἰ υἱός*: cum *υ* littera mere vocalis non sit („Halbvocal"), oratio non hiat (Nordenus).
or. 18 *ὑπὲρ Κτησιφῶντος περὶ τοῦ στεφάνου*		
118+3 (194, 214, 243 *ὥσπερ ἂν εἰ*)	3 (160, 217 bis)	2: 172, 304 172 *οὔτ᾽ εἰ εὔνους ἦν, οὔτ᾽ εἰ πλούσιος.* Concinnitatis verborum causa hiat oratio. Non aliter res se habet 304: *μᾶλλον εἰ ἕν᾽ ἄνδρα μόνον Θετταλία καὶ ἕν᾽ ἄνδρα Ἀρκαδία ταὐτὰ φρονοῦντ᾽ ἔσχον ἐμοί.*

In tredecim igitur orationibus, quas postremas perlustravimus, unus vel duo graves hiatus inveniuntur (19, 4; [14, 34]), cum inter εἰ et ἄρα, οἷόν τε, ὁ, ὅ . . . oratio hiare non videatur. Demosthenis orationibus exploratis reliquum est, ut, num ceterorum quoque corporis Demosthenici oratorum eadem consuetudo ac ratio propria sit, quaeratur. Conscribamus igitur primo eas orationes, quas a Demosthene scriptas vel habitas non esse inter omnes constat, tum eas, de quibus viri docti inter se dissentiunt.

d) spuriae orationes privatae

or. 32 *πρὸς Ζηνόθεμιν παραγραφή*		
21	0	2 : 11 *εἰ οἷόν τε* 27 *εἰ ὑπανέῳγεν*
or. 33 *πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή*		
16	1 (25)	6 (11, 24, 27, 29 bis, 34) 11 *εἰ οὐχ* 24 *εἰ ἦν ἠγγυημένος ἐγώ*: Praeterquam quod oratio hiat, regula trium brevium syllabarum violata est. 27, 29 *εἰ ἠγγυησάμην* 29 *εἰ ἠγγυήμην* 34 *εἰ ἦσαν*
or. 34 *πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου*		
11	1	5 (2, 7, 13, 45, 47) 2 *εἰ ὑπελαμβάνομεν* 7 *εἰ ἔμελλε* 13 *εἰ εἰδείη* 45 *εἰ ὁ* 47 *εἰ αὐτοῦ*
or. 35 *πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν*		
10 + 1 (28 *ὥσπερ ἂν εἰ*)	0	1 : 47 *εἰ οἱ*
or. 40 *πρὸς Βοιωτὸν περὶ προικὸς μητρῴας*		
9	2 (31, 46)	3 (42, 48, 56) 42, 48 *εἰ οὗτος* 56 *τὴν δ' ἡλικίαν αὐτῆς εἰ ἴδοιτε*: hoc loco hiatus facili negotio vitari potuit.
or. 42 *πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως*		
7	0	1 : 32 *εἰ οἰκέτης*

or. 43 *πρὸς Μακάρτατον περὶ ἁγίου κλήρου*
11 0 0

or. 44 *πρὸς Λεωχάρη περὶ τοῦ Ἀρχιάδου κλήρου*
27+1 (20 *ὡσπερανεί*) 0 2 : 15 *εἰ οἷόν τε*
46 *εἰ εἰσὶν*

or. 46 *κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β′*
14 0 0

or. 47 *κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν*
24 0 1 : 73 *εἰ εὖ;* aliter apud Demosthenem ipsum 19, 40

or. 48 *κατ' Ὀλυμπιοδώρου βλάβης*
7 0 0

or. 49 *πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέως*
15 0 4 (5, 20, 55, 68)
5 *εἰ ἀκριβῶς*
20 *εἰ ἐδάνεισεν*
55 *εἰ ἔτι*
68 *εἰ ὀργίζοισθε*

or. 50 *πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος*
17 0 1 : 55 *εἰ ἀναπλεύσειεν*

or. 52 *πρὸς Κάλλιππον*
10 0 2 : 8 *εἰ ἤδη*
10 *εἰ ἄρα*

or. 53 *πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς Ἀρεθουσίου*
7 0 2 : 14 *εἰ ἀνακρινοίμην*
23 *εἰ ἐμοί*

or. 56 *κατὰ Διονυσοδώρου*
17 0 3 (18, 22, 28)
18 *εἰ ὑπολαμβάνομεν*
22 *εἰ ἡμεῖς*
28 *εἰ ἄρα*

or. 58 *ἔνδειξις κατὰ Θεοκρίνου*
25 0 0

or. 59 *κατὰ Νεαίρας*
8 0 6 (6, 12, 38, 72, 90, 105)
6 *εἰ αὐτῷ ἐδόκει*
12 *εἰ οὕτως*
38 *εἰ ἄψοιτο*
72 *εἰ ἔφασκον*
90 *εἰ ἄξιος*
105 *εἰ ἔστι*

or. 61 *Ἐρωτικός*		
11	0	0
Epistula I 1	0	0
„ II 3	0	0
„ III 21	0	0
„ IV 5	0	0
„ V 3	0	0
„ VI 0	0	0

e) spuriae orationes publicae

or. 25 *κατ' Ἀριστογείτονος α'*		
51+2 (21, 69 *ὥσπερ ἂν εἰ*)	1 (63)	4 (1, 18, 25, 71) 1 *εἰ ἀγνοεῖ* 18 *εἰ ἄρα* 25 *εἰ ἕκαστος* 71 *οὐ γάρ, εἰ μὴ πᾶν ὅσον ὦφλεν ὀφείλει, νῦν ἡ κρίσις οὐδ' ὁ λόγος, ἀλλ' εἰ ὀφείλει*: hiatum contrarii causa admisit orator.
or. 26 *κατ' Ἀριστογείτονος β'*		
10	0	0
or. 60 *Ἐπιτάφιος*		
11	0	0

f) orationes ad rem publicam pertinentes, quae a Demosthene compositae non sunt.

or. 7 *Ἡγησίππου περὶ Ἁλοννήσου*		
9	0	1 : 33 *εἰ ᾔδει*
or. 11 *Ἀναξιμένους πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου*		
6	0	0
12 *ἐπιστολὴ Φιλίππου*		
9	0	0
or. 17 *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν*		
12	1 (23)	1 : 3 *εἰ ἦσαν*

His orationibus pervestigatis haec pro certo affirmare licet: ut Demosthenes ipse maxima cum diligentia cavit, ne sine ulla causa post *εἰ* hiatum admitteret, ita ei oratores, qui vel Demosthenem imitati sunt vel aequales et socii fuerunt (velut Hegesippus) vel quorum opuscula in corpus Demosthenicum forte irrepserunt, eandem sermonis elegantiam et subtilitatem plerumque assecuti non sunt. Cum his duobus autem orationum ordinibus tertius comparandus est, quo con-

tinentur eae orationes, de quibus quid iudicandum et quanti faciendae sint, viri docti adhuc dubitant; sunt autem septem orationes, quarum in numero περὶ συντάξεως oratio habetur. Prooemia enim, cum εἰ+v. neque in pausa neque in hiatu exstet, non respicio. De quibus tum demum recte nos iudicaturos esse puto, cum unumquodque separatim pertractare coeperimus.

or. 29 πρὸς Ἄφοβον ὑπὲρ Φάνου ψευδομαρτυριῶν

εἰ+c.	εἰ+v. i. p.	εἰ+v. s. p.
22	0	0

or. 39 πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόματος

34	0	0

or. 45 κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α'

41+2 (9, 57 ὡσπερεί)	0	1 : 45 εἰ ἐάσαιτε

or. 51 περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας

9	0	0

Restant tres orationes, quibus agitur de bello cum Philippo gerendo, alteram dico tertiae Philippicae recensionem, quartam orationem Philippicam, περὶ συντάξεως orationem.

or. 9 b: Cum supra iam (cf. p. 37) alterius recensionis sermonem, quod ad εἰ attinet, a prioris differre cognoverimus — cf. ad 9, 7 εἰ ἐφ' — hic mentionem fecisse satis est. Ad hoc unum autem argumentum permulta accedunt, quibus additamenta illa a rhetore nescio quando interpolata esse probatur.

or. X κατὰ Φιλίππου δ': exstat εἰ + c. 30^{ies}, εἰ + v. i. p. 0, εἰ + v. s. p. 1^{ies}: 36 εἰ ἀνέλοιμεν. Cui hiatui satis magna vis tribuenda videtur. Orationem enim, quam multis de causis viri docti in suspicionem vocaverunt, a Demosthene si habita est, circa annos 343/342 ortam esse constat; quibus temporibus maxima cum diligentia Demosthenem id spectavisse, ut hiatum fugeret, ex orationibus VIII. (περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ) et IX (κατὰ Φιλίππου γ') intelleximus.

or. XIII. περὶ συντάξεως: exstat εἰ + c. 14^{ies}, εἰ + v. i. p. 0, εἰ + v. s. p. 0.

Cum igitur orationes IX b et X ab arte Demosthenis alienae videantur, una περὶ συντάξεως oratio non modo non discrepat, sed etiam cum ceteris orationibus ad rem publicam pertinentibus, imprimis autem cum Olynthiacis arta propinquitate conexa est. In altera enim et tertia Olynthiaca, quas versuum numero adaequat (II: 295 III: 325 XIII: 330), εἰ + c. 15^{ies}, εἰ + v. 0, et 16^{ies} 0 exstare cognovimus. Quae cum ita sint, quaerendum est, num ceteris quoque locis auctor

hiatum fugerit. Neglectis autem hiatibus legitimis, ac primum iis, qui post ἤ, μή, καί, τί, ὦ, ὅ ἡ τό, περί, tum qui exeunte colo vel commate reperiuntur, duo digni sunt, qui commemorentur: [§ 13 p. 200, 6 Fuhr. τὴν πόλιν πρᾶξαι ἀγαθά] [1])

§ 27 p. 206, 3 ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν

§ 29 p. 206, 12/13 ὀνόματι ἀκολούθους [2])

In tertia autem Philippica iis, quos praebent additamenta in Σ rec. FAY exstantia, neglectis totidem hiatus exstant; ergo hoc argumento confisis orationem a Demosthene abiudicare nobis non licet; cf. § 40 p. 140, 7 μείζω ἐστί (ci. μείζον' Benseler), § 59 p. 146, 3 δοῦλοι ἔσονται (transp. Benseler), § 76 p. 151, 4 ἐπανορθωθῆναι ἄν. Neque vero de hiatu apud Demosthenem exstante quicquam pro certo affirmaverim. Quam enim tota et hiatus et brevium syllabarum [3]) frequentationis quaestio adhuc explorata non sit, Fuhrius rursus in novae editionis praefatione demonstravit [4]). Neque eum fugit non prius iudicare licere, quam quaestio denuo examinata erit. Quae cum ita sint, locis, quibus illa trium brevium syllabarum regula [5]) laesa est, collectis quibus de causis orator laeserit, quantum potui explorare satis habui. Uncis [ ] autem inclusi eos locos, quibus orator regulam si non observavit, at tamen non laesit.

§ 2 p. 196, 6 [ὅτι τὸ ἀργύριον]: articulus; τὸ et ἀργύριον unius verbi vim habent: τἀργύριον

8 [μέγα, ὅ]: in pausa

14 [ὠφελήσετε, ὁρᾶτε] in pausa

4 197, 2 [τὸ ἴσον ἕκαστον]: cf. 196, 6

4 ἄν τις ὀνομάσαι: laeditur

6 15 [τοὺς δὲ πολεμίους]: tria verba unius vim habent

16 εἰσὶν ἴδιαι: laeditur; cf. Dem. IX 54 p. 144, 15 ἀρνηθεῖεν ἔνιοι

9 198, 16 εὐπορία τις ἂν ἅπασι: laeditur

12 200, 3 [διέσυρε τὰ παρόντα]: verba non Demosthenis ipsius, sed adversarii cuiusdam; an διέσυρεν scribendum est?

---

[1]) Hiatum legitimum esse Bruno Keilius in Hermae volumine 51,494 Kaibelium secutus ostendit.

[2]) v. infra p. 42.

[3]) Duas quaestiones nonnumquam arto vinculo inter sese cohaerere infra cognoscetur; cf. e. g. § 29 p. 206, 12/13.

[4]) p. XXVI.

[5]) Quod Blassius legem, non regulam esse voluit, eum nimiam severitatem adhibuisse constat.

14	14	*πρὶν ἂν ἅπαντ᾽ εἴπω*: ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ – ?
20	202, 20	[*εἰσεφέρετε, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε*]: in pausa
	203, 1	[*στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ*]: clausula –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ – –
		[*μεθ᾽ ἑκατέρων*]: unius verbi vim habent duo verba
24	204, 10	[*βασιλεύοντι Μακεδονίας*]: nomen proprium, cf. Dem. IX 23 p. 134, 23 *δέοντα Λακεδαιμόνιοι;* p. 135, 2 *οὔτε Λακεδαιμονίοις*
26	205, 10	[*μύρια τάλαντα*]: unum verbum vel si regula laeditur, etiam alibi Demosthenes necessitate coactus laesit; cf. III 24
	11	*εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον* = III 24: laeditur
27	18	[*πεντακόσια τάλαντα*]: cf. III 28 IV 28 XXVII 10 XXXVIII 2
	206, 1	[*καὶ τὰ παρὰ τῶν*]: verba unius verbi vim habent
28	8	[*κατέλιπον ἐκεῖνοι*]: ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ –
29	12/13	*ὀνόματι ἀκολούθους*: regula laeditur et oratio hiat; ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ –: ithyphallicus?
31	207, 3	[*αἴτιον ἁπάντων*]: –́ ⏑ ⏑́ ⏑ –́ –
	3/4	*ὅτι τότε μὲν ὁ δῆμος*: laeditur
	4	[*κύριος ἁπάντων*] –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ –
32	17	[*ἐξέπεσον ἔναγχος*]: –́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ⏑: ithyphallicus
33	20	[*ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ*]

Quod tota oratione regula nulla causa quater laeditur, collata e. g. tertia Philippica multo sane maiorem versuum numerum complectente (330: XIII, 580: IX), quam oratio a Demosthenis arte aliena non sit, apparet. Exstant enim in oratione IX. non minus decem loci, quibus regulae ratio habita non est, et satis multae verborum collocationes clausulam –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ – continentes.

c) de singulis orationis argumentis.

In oratione *περὶ συντάξεως* habita non modo eadem argumenta adhibita esse quae in aliis quoque Demosthenis orationibus, sed etiam magnam partem ad verbum fere cum illis eam consentire cum inter omnes constet, necesse est totam orationem interpretati, quid ex consensu eluceat, exploremus. Quodsi in una oratione multi loci cum compluribus orationibus Demosthenicis congruentes inveniuntur, permultos viros doctos adductos esse, ut illam pravam iudicarent imitationem a Demosthene alienam, quis miretur? Atqui identidem viri docti nuper monuerunt, ne de eiusmodi

prosae orationis scriptis nimis cito parumque caute iudicaretur. Et exstant luculenta exempla, quibus eundem scriptorem in compluribus libris isdem verbis atque argumentis usum esse probatur: recordare quaeso, quam laudatio Agesilai a Xenophonte conscripta a libris, qui „Hellenica" inscripti sunt, non dissentiat. Cum enim quis de isdem vel de similibus rebus identidem verba facere cogitur, fieri potest, ut aut eadem verba, quae supra adhibuit, iterum consulto afferat et eos, qui audiunt, moneat, ut prioris orationis operisve litteris mandati reminiscantur, sive quod ambo vinculo propinquitatis quodam coniuncta sunt sive aliis de causis; aut non raro fit, ut quae animo ac mente concepta litteris mandavit, propria sede privare et in alterum opus transferre cogatur necessitate quadam, cuius num sibi conscius sit, recte dubitaveris. Quo fit, ut ea verba atque argumenta, quae priore loco summa laude digna visa sunt, posteriore ab omnibus reprehendantur, quasi ab imitatore nequam scripta sint.[1]) Quod ad probandum exempla apud

---

[1]) cf. Wendlandium, Gött. Gel. Anz. 1906, 363 sq.: „Die Frage der Dubletten und der nur aus inneren Gründen zu erschließenden Übernahme früher ausgearbeiteter Stücke in einen nicht ganz passenden Zusammenhang bedarf dringend einer neuen Untersuchung. Jedes nur auf subjektivem Geschmack beruhende Urteil scheint mir auf diesem Gebiete verfrüht. Der Geschmack des Demosthenes muß erst fesgestellt werden. Moderne Beispiele können zur Vorsicht mahnen . . . Auch bei modernen Gelehrten lässt sich garnicht selten das Verfahren nachweisen oder erschließen, daß sie früher gedruckte oder ausgearbeitete Stücke in einen neuen Zusammenhang aufgenommen haben, und daß mitunter die Komposition des Ganzen darunter gelitten hat". Non solum autem, ut ait Wendlandius, in virorum doctorum scriptis, sed etiam apud poetas talia exempla exstare, duobus carminibus a Goethio confectis, quae e. g. affere liceat, probatur.

Schwebender Genius über der Erdkugel, mit der einen Hand nach unten, mit der anderen nach oben weisend.

Zwischen oben, zwischen unten
Schweb' ich hin zu muntrer Schau,
Ich ergetze mich am Bunten,
Ich erquicke mich im Blau.
Und wenn mich am Tag die Ferne
Luftiger Berge sehnlich zieht,
Nachts das Uebermaß der Sterne
Prächtig mir zu Häupten glüht —
Alle Tag' und alle Nächte
Rühm' ich so des Menschen Los:
Denkt er ewig sich ins Rechte,
Ist er ewig schön und groß.

Wenn am Tag Zenith und Ferne
Blau ins Ungemessene fließt,
Nachts die Überwucht der Sterne
Himmlische Gewölbe schließt,
So am Grünen, so am Bunten
Kräftigt sich ein reiner Sinn,
Und das Oben wie das Unten
Bringt dem edlen Geist Gewinn.

(Jubiläumsausgabe II 126 f.)

Cf. etiam Wendlandium apud Gercke-Norden, Einleit. in die Alt. I 316

Demosthenem exstant satis multa. Confer enim XIV 11; 41 XV 6

XIV 11	XV 6
ἀλλὰ παρασκευασώμεθα μὲν πρὸς αὐτούς, ἀμυνούμεθα δὲ κἀκεῖνον, ἂν ἡμᾶς ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ cf. 41 *παρασκευάζεσθαι μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς κελεύω, ἀμύνεσθαι δὲ βασιλέα καὶ πάντας, ἐὰν ἀδικεῖν ἐπιχειρῶσιν.*	*ἀλλὰ παρασκευάζοισθε μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθρούς, ἀμύνοισθε δὲ κἀκεῖνον, ἐὰν ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ*
XVI 4	XXIII 102
οὔκουν οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει καὶ Λακεδαιμονίους ἀσθενεῖς εἶναι καὶ Θηβαίους τουτουσί.	*ἴσθ' ὅτι συμφέρει τῇ πόλει μήτε Θηβαίους μήτε Λακεδαιμονίους ἰσχύειν.*

Cum imprimis talibus consensibus permoti viri docti orationem *περὶ συντάξεως* habitam in suspicionem vocaverint, inquirendum est, in utra oratione singula argumenta genuina esse videantur et cum iis, quae antecedunt et sequuntur, melius cohaereant. Tum autem singulae orationis *περὶ συντάξεως* habitae ceterarumque orationum partes inter se comparandae sunt. Oritur enim quaestio, utrum Demosthenes alias orationes a se habitas imitando expresserit an ceterae ab oratione *περὶ συντάξεως* composita pendeant an is, qui hanc orationem conscripserit, exemplis a Demosthene praebitis usus sit, utrum exemplum an imitatio pluris sit aestimanda. Namque non minus fieri potest, ut exemplum ab imitatore ubique in peius mutatum quam emendatum sit. Quod cum satis exploratum erit, qua aetate Demosthenes vel imitator orationem composuerit, apparebit. Ii autem, qui de declamatione a posteriore rhetore conscripta agi negaverunt, orationem inter annos 353 et 346 habitam esse coniecerunt. Ab anno 353 autem usque ad annum 346 Demosthenis hae fere orationes in lucem editae sunt:

a) *Φιλιππικοί*;

or. XIV *περὶ τῶν συμμοριῶν*
„ IV *κατὰ Φιλίππου α'*
„ XV *ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας*
„ I-III *Ὀλυνθιακός α' β' γ'*

b) *δημόσιοι*

or. XXII *κατ' Ἀνδροτίωνος*

„ XXIV *κατὰ Τιμοκράτους*

„ XXIII *κατ' Ἀριστοκράτους*

§ 1: ex verbis *περὶ τοῦ παρόντος ἀργυρίου*... quid eluceat, supra demonstravi.[1])

§ 3: Weilius in commentario (cf. etiam Fuhrii editionem in margine) cum verbis *καὶ μὴ τὸν δεῖνα μηδὲ τὸν δεῖνα πυνθάνησθε τί πράττει* eum tertiae orationis Olynthiacae locum (§ 35) recte contulit, quo Demosthenes Athenienses admonet, ne ipsi in periculo desideant neve mercennariis conductis confidant: *οὐκ ἔστιν ὅπου μηδὲν ἐγὼ ποιοῦσι τὰ τῶν ποιούντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν, οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δ' οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσιν ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι.* Sed in tertia decima oratione Demosthenes Athenienses cohortatur, ut ipsi agere incipiant sibique ipsis salutem debeant neque alii quid agant quaerant: ... *ἀλλὰ καὶ πράττειν βουλόμενον ἵν' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶν ἀγαθῶν τὰς ἐλπίδας δι' ὑμῶν αὐτῶν ἔχητε, καὶ μὴ τὸν δεῖνα μηδὲ τὸν δεῖνα πυνθάνησθε τί πράττει.* Duos locos si inter se comparamus, in oratione Olynthiaca *αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν* ... et *ὅτι δ'* ... *νικῶσιν ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι,* cum alterum membrum alteri recte contrarium et oppositum sit, quod ad logicen attinet, optime cohaerere cognoscimus; sed in oratione tertia decima mebra duo, si logices rationes non violant, at certe inter se non satis apte coniuncta sunt-exspectaveris enim: „ut vobis ipsis salutem debeatis neque in aliis spem ponatis." Inde apparet verba illa, ut exemplum tertia Olynthiacae imitantur, ita paulum ab eo recedere. Neque tamen rhetorem quempiam exemplum Demosthenicum male imitatum esse putaverim. Longe enim aliud sibi voluit Demosthenes cum Olynthiacae ac cum de ordinanda re publica orationis verba scripsit! Namque ad *δεῖνα*, quod in Olynthiaca semel adhibuit, in tertia decima oratione alterum *δεῖνα* adiunxit. „Jeder soll selbst etwas leisten und nicht fragen, was Herr x und Herr y tun." Quod ineptum neque Demosthenis ingenio dignum esse quis iudicet? Sed eum prioris orationis auctoritate inductum esse, ut exempli vestigia paulo longius sequeretur, concedo. Atqui facile fieri potuit, ut illud contrarium, quo Athenienses non suis ipsorum viribus confisos, sed in aliis spem ponentes suisque rebus neglectis alienas curantes opposuerat, simili occasione data denuo adhiberet.

---

[1]) cf. p. 16.

§ 4: *οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον* terminus, quamvis bene Atticus, in ceteris Demosthenis orationibus non exstat. Quo quare usus sit, adhibito exemplo cognoscetur. Sunt enim ficta verba illa ex tertiae Olynthiacae paragrapho tricesima quarta. Qua in oratione Demosthenes, similia proposuit atque in tertia decima; fert enim rogationem, ut quisquis stipendia merebitur, mercedem accipiat, quisquis propter senectutem arma ferre non potest, mercede munera publico gerat: *στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων* (sc. *βελτίων ἔσται;* cf. Weilii commentarium p. 191), *ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ἡμῶν· ὅσ' οὗτος ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ'* ... In oratione tertia decima autem Demosthenes cum asyndeto vitato duo enuntiata in unum contraxerit, verba paulum mutare coactus est: ... *λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, τοὺς μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατιωτικόν, τοὺς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον ἐξεταστικὸν ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσαι τοῦτο.* Quod Demosthenes in tertia Olynthiaca, qua Athenienses imprimis monuit, ut Philippum caverent, satis breviter sub finem commemoravit, id in eius orationis, qua rei publicae ordinandae operam navavit, priore parte fusius disseruit. Itaque cum *ἐξεταστικοῦ* illius mentionem faceret, novam sese vocem fingere haud ignarus *ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσαι τοῦτο* verba adiecit. Quae cum ita sint, sequitur, ut oratio *περὶ συντάξεως* habita non modo a tertia Olynthiaca pendeat, sed etiam paulo post[1]) habita sit. Sed si t rtia Olynthiaca tertiae decimae exemplum imitaretur, Demosthenem vocabulum illud nuper fictum denuo adhibiturum fuisse verisimile duxerim.

§ 5: *τοὺς στρατηγοὺς κρίνετε καὶ* ... verba ex altera oratione Olynthiaca (29) petita ad verbum fere cum exemplo consentiunt: cf. enim II *τοὺς ἐφεστηκότας κρίνετε* ⌐ XIII *τοὺς στρατηγοὺς κρίνετε,* II *περίεστιν τοίνυν ὑμῖν* ∾ XIII *καὶ περίεσθ' ὑμῖν.* Tamen pro verbis nonnullis in exemplo exstantibus hic quoque Demosthenes novum argumentum attulit, cui satis magna vis tribuenda videtur. Utroque enim loco ducum iudicandorum mentionem facit et civium discordiam, qua res publica peritura est, queritur. II *περίεστιν τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι, τοῖς μὲν ταῦτα πεπεισμένοις, τοῖς δὲ ταῦτα, τὰ κοινὰ δ' ἔχειν φαύλως.* In tertia decima oratione autem Demosthenes, ut supra verba tertiae, ita hic alterius Olynthiacae, quod cives adhortatus nil se profecisse sibi persuaserat, denuo adhibuit et auxit. Etenim cives non

---

[1]) cf. III 34 (sub orationis finem) *ἄτακτος* ∾ *περὶ συντάξεως·*

solum inter se discordes esse (*ἐρίζειν καὶ διεστάναι*), sed etiam, quod flagitia et scelera commiserint, alios ab aliis accusari queritur. (*ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖν' εἰσήγγειλεν*).

§ 6: Quod Fuhrius verbis *ταὐτὰ συμφέρειν* permotus tricesimam quintam orationis de corona habitae paragraphum in editionis margine contulit, non habeo, quod ei assentiar. Quamquam quae in sexta orationis paragrapho de ducibus sociis vim inferentibus proferuntur, cum verbis quibusdam orationis LI (*περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας*) 13 comparari possunt (*ἐπειδὰν γάρ τις μισθωσάμενος τριηραρχίαν ἐκπλεύσῃ, πάντας ἀνθρώπους ἄγει καὶ φέρει, καὶ τὰς μὲν ὠφελίας ἰδίᾳ καρποῦται, τὰς δὲ δίκας τούτων ὁ τυχὼν δίδωσιν ὑμῶν*), tamen alterum ab altero loco pendere contendere non ausim. Attamen si oratio LI a Demosthene composita est, etiam contrariam sententiam defendi posse cum persuasum habeam, utra sit recta, in dubio relinquo. Dicat enim quis Demosthenem iterum de eadem re verba faciendi occasionem nactum exemplo orationis nonnullis annis ante habitae usum esse; cf. *τοὺς . . . συμμάχους ἄγωσι καὶ φέρωσι . . ., ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφέλειαι τούτων εἰσὶν ἴδιαι.*[1])

§ 8: Quod supra iam observavimus, idem hoc quoque loco cognoscimus: cum enim Demosthenes alterius orationis a se habitae quemvis locum imitatur, hunc paulum mutare aut id addere solet, quod ab exemplo alienum est. In paragrapho enim octava conscribenda septima decima orationis *ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας* habitae paragraphus ei obversata esse videtur:

XV 17	XIII 8
. . . πολλοὺς ὑμεῖς πολέμους πεπολεμήκατε καὶ πρὸς δημοκρατίας καὶ πρὸς ὀλιγαρχίας.	*τὴν πρὸς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχθραν ἢ τὴν πρὸς τοὺς δήμους*
. . . ἀλλ' ὑπὲρ ὧν πρὸς ἑκατέρους ἔσθ' ὑμῖν ὁ πόλεμος, τοῦτ' ἴσως ὑμῶν οὐδεὶς λογίζεται. ὑπὲρ τίνων οὖν ἐστίν; πρὸς μὲν τοὺς δήμους ἢ περὶ . . . ἢ περὶ . . . ἢ . . . ἢ . . . ἢ . . .	*ὑπὲρ ὧν ποτ' ἂν ᾖ*
πρὸς δὲ τὰς ὀλιγαρχίας ὑπὲρ μὲν τούτων οὐδενός, ὑπὲρ δὲ τῆς πολιτείας καὶ ἐλευθερίας.	*πρὸς τὰς ὀλιγαρχίας ὑπὲρ αὐτῆς τῆς προαιρέσεως*

[1]) cf. XIII 6 *ἐπειθ' οἱ στρατηγοὶ μὴ ξένους ἔχοντες τοὺς μὲν συμμάχους ἄγωσι καὶ φέρωσι, τοὺς δὲ πολεμίους . . .* ∾ Cass. Dio LIII 10, 5 *καὶ τοὺς συμμάχους καὶ τοὺς ὑπηκόους μήθ' ὑβρίζετε μήτε ἐκχρηματίζεσθε* (sumptum ex Thucyd. VIII 73,3), *τοὺς δὲ πολεμίους . . .*

Demosthenem non modo singula mutasse, sed etiam in artius contraxisse ex tabula satis apparet. Utra autem oratio ab altera pendeat, cum ex aliis tum ex verbis *ὑπὲρ ὧν ποτ' ἂν ᾖ* cognoscitur, quae ex *ὑπὲρ τίνων οὖν ἐστίν; ἢ περὶ ... ἢ ... ἢ ...* ficta sunt: in locum enim disiunctionis illius, quae in oratione pro Rhodiis habita exstat, cum supervacanea esset, in altera oratione parvum membrum *ὑπὲρ ὧν ποτ' ἂν ᾖ* successit. Quod quamvis sit exile, cum quemadmodum Demosthenes se ipse imitatus sit, discamus, haud parvi momenti est. Etenim, ne imitatio exemplo deterior exsisteret, animo eius arte quadam imitandi ac perfectione opus erat. Cuius artis Demosthenem peritum fuisse ex exemplis, quae adhuc attuli, elucet. *προαίρεσις* vox, quae *πολιτείας* voci in oratione XV. exstanti respondet, optime Demosthenica est; cf. enim XXIII 127: *οὐ γάρ ἐστ' οὐκ ἔστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι παρὰ τούτοις τοῖς ἐπὶ τῇ τοῦ πλεονεκτεῖν προαιρέσει ζῶσιν οὐδὲν οὔτε βέβαιον οὐθ' ὅσιον* ..., XVIII 59 *εἶτα καὶ πολλῶν προαιρέσεων οὐσῶν τῆς πολιτείας* ...

§ 9: In paragrapho nona verba a prima oratione Olynthiaca (I 20) et tertia (III 34/35) petita paulumque mutata inter se coniuncta sunt. Ex quibus cum novi nihi intellegatur, praeterire liceat.

Verba *εὐπορία τις ἂν ἅπασι* (p. 198, 16 Fuhr.) Schaeferus haud scio an recte interpretatus non sit (l. c.). „Für den ungeschickten Nachahmer spricht die Beziehung auf die erste Philippika als eine früher gehaltene Rede, aber der dort vorgetragene Entwurf, die Geldmittel für die Kriegsrüstung aufzubringen (*πόρου ἀπόδειξις*) verwandelt sich hier in einen Plan, allen ein wohltätiges Auskommen zu verschaffen“. Neque vero Demosthenes id sibi voluit, quod Schaeferus existimavit, neque prima oratio Philippica a rhetore adhibita in peiorem partem mutata est. Demosthenes enim haec fere dixit: „Si consilio meo obsequemini et id, quod vobis suadeo, peragetis, bene erit. Omnes enim, qui arma ferre possunt, stipendia mereant, qui propter senectutem non possunt, munera subeant. Quod si feceritis, et vobis ipsis et rei publicae proderitis (*εὐπορία κοινή*!).“

Alterum autem crimen oratori a Schaefero allatum Henricus Weilius in commentario his verbis plane fere dissolvit (p. 443 sq.): *τὴν αὐτὴν ... σύνταξιν εἶναι.* „Ce sont, à peu de chose près, les termes dont Démosthène se sert dans la première Olynthienne § 20, et dans la troisième § 35. Aussi les mots *διελέχθην ... καὶ πρότερον* pourraient–ils

faire allusion à ce dernier discours. Il est vrai qu'on n'y trouve pas les détails que semble indiquer le verbe *διεξῆλθον*.[1]) L'orateur n'y distingue même pas, comme ici les hoplites et les cavaliers; cependant il y traite bien ce sujet. Wolf, Reiske et d'autres ont pensé à la première Philippique, où Démosthène donne bien quelques détails sur l'organisation d'une petite armée à créer, mais où il ne dit pas un mot du plan de donner aux citoyens des secours en échange de services utiles. Or tout est là. L'auteur de cette harangue quel qu' il fût avait trop d' intelligence pour commettre une si lourde bévue. Rien dans la première Philippique ne répond aux mots *ὅσοι τούτων ἐκτός ἐστε;* mais ces mots se rapportent exactement à *ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ὑμῶν,* Olynth. III 34." Weilius Demosthenis verba optime interpretatus hoc quoque loco Demosthenem ab oratione III 35 pendere cognovit;[2]) cui assentiri non dubito. Quod pergit: „Toutefois en admettant l'authenticité de notre harangue, on est obligé de la placer à une époque antérieure aux Olynthiennes et de voir ici une allusion à quelques discours que Démosthène n'a pas mis par écrit," errat doctus ille vir. Supra enim cum verba Demosthenis in quarta paragrapho exstantia nobis interpretanda essent, fieri non posse, quin oratio *περὶ συντάξεως* habita a tertia Olynthiaca penderet, cognovimus. Quae cum ita sint, eadem Olynthiacae verba Demosthenes duobus locis eaque bis mutata adhibuit: cf. III *ἔξω τῆς ἡλικίας* ∾ XIII 4 *οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον* ∾ 9 *ὅσοι τούτων ἐκτός ἐστε.*

§ 10: Egregiam repetitionem verborum, qua eadem et positive et negative exprimuntur, *ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι*, Demosthenem ex altera oratione Philippica[3]) petivisse non est, quod credamus; cf. etiam XLV 83 (*κατὰ Στεφάνου α'*) *ἐρῶ καὶ οὐ σιωπήσομαι.*

p. 199, 6 F.: Cum exercitum opesque ad bellum gerendum et rem publicam ordinandam comparare omnium Atheniensium sit, nemo est, quin officio deserto salutem publicam neglegat et de suis ipsius commodis, quamvis sint

---

[1]) Nonne autem fieri potest, ut Demosthenes, quod priore loco satis breviter exposuit, hic consulto, ut Atheniensibus, quanti consilia peragi sua interesset, demonstraret, auxerit et exaggeravit?

[2]) Num verba *διελέχθην καὶ πρότερον* idonea sunt inani declamationi a rhetore confectae, qualem orationem esse Schaeferus contendit?

[3]) VI 31 (344/343); quamquam fieri posse, ut altera Philippica, quod ad repetitionem attinet, ab oratione XIII. pendeat, infra cognoscetur; cf. p. 51.

exigua, cogitet. Hoc autem eo magis improbandum est, quod Atheniensibus, quaecumque ad bellandum usui sunt, nullo negotio comparare licet. Quod ad demonstrandum Demosthenes eodem argumento usus est, quo in tribus aliis orationibus[1]) vel paulo ante vel post habitis, ita ut in hac quoque orationis XIII. imitatione offendendum non sit;

cf. enim:

353/352 XXIV (*κατὰ Τιμοκράτους*) 216 *οὐ τριήρεις ὅσας οὐδεμί' ἄλλη πόλις*[2]) *Ἑλληνὶς κέκτηται; οὐχ ὁπλίτας; οὐχ ἱππέας; οὐ προσόδους; οὐ τόπον; οὐ λιμένας;*

352/351 IV (*κατὰ Φιλίππου α'*) 40 *πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον.*

XIII (*περὶ συντάξεως*) 10 *πόλιν τοσούτους ὁπλίτας ἔχουσαν καὶ τριήρεις καὶ ἵππους καὶ χρημάτων πρόσοδον*

343/342 IX (*κατὰ Φιλίππου γ'*) 40 *τριήρεις, σωμάτων πλῆθος καὶ χρημάτων — πρόσοδοι* addidit interpolator, sive ut *ἰσόκωλον* efficeret sive quod XIII 10 vel IV 40 memoria tenebat — *κατασκευῆς ἀφθονία.* Constat igitur Demostheni non minus quam aliis oratoribus locos communes (*τόπους*) fuisse paratos, quibus occasione data identidem uti haud ineptum esse existimavit. Neque quod orationes ita composuit, ei crimini dandum est. Ea enim argumenta, quae iis, qui audiunt, probantur, vel quae animo concepta quam perfectissime prolata sunt, eum memoria tenuisse vel conscripsisse consentaneum est. Huc accedit, quod de isdem vel similibus rebus varia proferre neque facile neque satis commodum erat.

§ 11: Verba *τί οὖν ταῦτα νῦν λέγω;* Carolus Fuhrius (cf. editionem in marg.) cum *τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν;* (I 14) recte contulit; quae nescio an Demosthenes imitatus sit. Quae cum ita sint, dicat quis, quoniam de imitatione agatur, verba *φαίη τις ἄν* a Cobeto falso deleta esse: I 14 *ἄν τις εἴποι* ∾ XIII 11 *φαίη τις ἄν.* Sed ex verborum collocatione ab aliquo primae Olynthiacae memori ea ascripta esse et in contextum invasisse apparet. *Σ* enim (et A, ut videtur, cf. Fuhrii apparatum, aliter autem Weilius p. 444) praebet *τί οὖν ταῦτα νῦν, φαίη τις ἄν, λέγω;* cum in *FY* haec scripta videamus: *τί οὖν, φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν λέγω;* Praeterea Weilius recte dixit: „Les mots écartés par Cobet devraient être suivis de *λέγεις*.“ Ergo Demosthenes primam Olynthiacam non ita respexit, ut exemplar ad verbum sequeretur; attamen respexit. Quod ex versibus quinto et sexto decimo

---

[1]) A Fuhrio in margine editionis nihil adnotatur.
[2]) *ἄλλη πόλις*: uncis inclusit Blassius; cf. XIV 40.

paginae 199 apparet. Nam *ἀκαιρίαν* apud Demosthenem sola in prima Olynthiaca (I 24) exstare supra demonstravimus[1]). Si enim duos orationum I. et XIII. locos inter se comparamus, non dubium videtur, quin ab altero alter pendeat.[2]) Utroque enim loco de *καιρός* et *ἀκαιρία* vocibus inter se contrariis agitur, utroque Athenienses orator cohortatur, ne cum cetera omnia tum exercitum comparare cunctentur. Verba autem ipsa, cum inter se omnino non consentiant, affere supervacaneum putavi.

§ 12: Supra iam cum orationis sermonem exploraremus, Demosthenem adversarios inepte tumideque loquentes induxisse cognovimus. Quod illorum mores, ut erat magna artis perfectione, diligenter depingere studuit, verba ab oratione *περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ* habita (VIII 73) — vide Fuhrii editionem — pendere nego. Quodsi alter ex altero loco fictus est, id quod mihi non satis constat, oratio VIII. ad orationis XIII. exemplum se applicavit. Priusquam enim Demosthenes ab adversariis, qui similia ei crimini dederunt, se defendat, quae illi in eo reprehendant, breviter et simpliciter affert: *ἤδη τοίνυν τινὸς ἤκουσα τοιοῦτόν τι λέγοντος, ὡς ἄρ' ἐγὼ λέγω μὲν αἰεὶ τὰ βέλτιστα* (sed cf. XIII 12 *τί δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν Δημοσθένους λόγων ἀγαθὸν γέγονεν; . . . ἐνέπλησε τὰ ὦτα λόγων, καὶ διέσυρε τὰ παρόντα . . .*), *ἔστι δ' οὐδὲν ἀλλ' ἢ λόγοι τὰ παρ' ἐμοῦ, δεῖ δ' ἔργων τῇ πόλει καὶ πράξεώς τινος. ἐγὼ δ' ὡς ἔχω περὶ τούτων, λέξω πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι.* Cf. XIII 10 = VI 31 *ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι;* VIII 73 *λέξω . . .*

§ 14: Arnoldo Schaefero, qui in paragrapho quarta decima Demosthenis verba in oratione Timocratea (136; 138) facta ab eo, qui declamationem *περὶ συντάξεως* conscripserit, stultissime depravata esse contendit, non adstipulor. Cum autem Weilius qui quamquam ipse quoque orationem putavit spuriam, multo cautius de ea iudicavit, Schaeferi sententiam egregie refutaverit, verba eius (p. 446) affere satis habui: vid. supra p. 26

§ 16 p. 201, 14 F.: Weilius verba *τὰ δικαστήρια,* quae post *ταῦτα* supervacanea sunt, recte suspectasse mihi videtur. („Les mots sont inutiles“, p. 447). Huc accedit, id quod Weilius non adnotavit, quod verba in codice A aliter collocata sunt atque in *ΣFY*:

A: *οἶδ' ὅτι ταῦτα μὲν τὰ δικαστήρια ἡμῖν*[3]) *τῶν . . .*
ΣFY: *οἶδ' ὅτι ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ δικαστήρια τῶν . . .*

---

[1]) cf. p. 24

[2]) a Fuhrio nihil adnotatur.

[3]) *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* in omnibus fere codicibus Graecis inter se confunduntur.

Quae cum ita sint, nescio an verba illa ut glossema uncis includenda sint.

§ 17: Dem. VIII 32/33 *παρεσκευάκασιν ὑμᾶς τῶν πολιτευομένων ἔνιοι ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις φοβεροὺς καὶ χαλεπούς, ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου ῥαθύμους καὶ εὐκαταφρονήτους.* 33: *ἐχρῆν γὰρ . . . ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις πράους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι (πρὸς γὰρ ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τοὺς συμμάχους ἐν ταύταις ἐστὶ τὰ δίκαια* ∾ XIII 16 *ἐγὼ δ' οἶδ' ὅτι ταῦτα μὲν ὑμῖν* [*τὰ δικαστήρια*] *τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων ἐστὶν κύρια), ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς ἐπιδεικνύναι.* XIII 17: *δεῖ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ὅπλοις φοβερούς, ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις φιλανθρώπους εἶναι.* Ii, qui orationem a Demosthene alienam rati antithesin *δεῖ γὰρ . . . εἶναι* ab auctore inventam non esse, sed exemplum Demosthenicum et in artius eum contrahere et male imitari contendunt, ad Dobrei sententiam accedunt, quam Weilius in commentario (p. 448) attulit. Dobreus enim „a fait observer avec justesse que le terme *φιλανθρώπους* convient parfaitement aux asssemblées populaires (*ἐκκλησίαι*), mais qu' il a moins d' à-propos dans notre discours, où il est appliqué aux tribunaux (*δικαστήρια*): des juges ne doivent pas être doux, mais justes et équitables (*δικαίους καὶ ἴσους*).“ Sed praeterquam quod orationem VIII. nonnullis annis post XIII. habitam esse cognovimus,[1]) non perspicio, quare oratorem Atheniensibus, qui quarto saeculo civium officia praestant, in contionem conveniunt, iudicum munere fungentes capitales res ceterasque omnes iudicant, suadere non deceat, ut, quotienscumque fieri potest, clementia et humanitate utantur. Etiam Weilius verba oratoris a Dobrei impetu defendens haec in commentario protulit: „Cependant la tendance générale de ce passage (voir la note p. 447, l. 7) justifie l'emploi de *φιλάνθρωπος*.

§ 19: Demosthenem in hac paragrapho conficienda prima oratione Philippica (IV 49) et (in § 19/20) oratione in Aristocratem habita (XXIII 210) usum esse cum iam pridem a Dobreo observatum sit, exponere supervacaneum putavi. Si paragraphos, quae insequuntur, inspicimus, eas ex duabus orationibus, tertia Olynthiaca et Aristocratea (cf. Fuhrii editionem in margine) compositas esse videmus. Ex quo orationem ab imitatore confectam esse concludas. Quae orationum partes adhibitae sint, cum singuli loci in Fuhrii editione inveniantur, non enumero. At quod in imitatoris opusculo exspectaveris, id non evenit: neque enim imitatio

---

[1]) cf. ad 12

cum exemplo ubique ad verbum consentit, neque cum discrepat, illud in peius mutatur. Primum enim non modo verba commutata, sed etiam singulae orationis partes aliter collocatae sunt atque in tertia Olynthiaca et Aristocratea (v. Fuhrii edit. in marg.). Quo fit, ut, quamvis exemplis duobus similis sit, nova oratio exstiterit. Quam illis quibusdam locis deteriorem esse concedo; neque enim Demostheni contigit, ut orationem perfectam suoque genere expletam contexeret. Quod nobis singulas paragraphos interpretatis elucebit. Tum autem cum aliis tum eo argumento, quod paragraphis 23/24 continetur (vid. infra) *περὶ συντάξεως* orationem exemplis interdum aliquanto praestare probatur. Unamquamque autem paragraphum, cum non omnibus locis imitatio ab exemplo discrepet, pertractare necesse non existimavi.

§ 19/20: Demosthenes, ut, quam male res publica Atheniensium administretur, ostendat, argumenta paucis annis ante adhibita denuo proferre non veritus in paragrapho undevicesima orationibus IV. et XXIII. in vicesima autem oratione II. utitur. Neque vero eum fugit verba, quae inseruit, in altera oratione Olynthiaca (29) egregie dicta esse et cum iis, quae sequuntur, optime cohaerere, in XIII. autem iis argumentis, quae antecedunt et sequuntur, haud satis aptata esse. Quod ut emendaret, operam eum dedisse ex parva re cognoscitur, ita ut dubium non sit, quin oratio XIII. ab altera pendeat. Cum enim in Olynthiaca illa oratione, qua de causa res publica Atheniensium peritura sit, dicat et scripserit: *πρότερον μὲν γὰρ* . . ., in hac, cum ea verba, quibus causa non continetur, cum iis, quae antecedunt, *γὰρ* voce coniungere absurdum duxerit, scripsit *καὶ πρότερον μέν.* His enim verbis *καὶ πρότερον* (p. 202, 20) . . . *ἐκείνους* (p. 203, 3) verba inter se cohaerentia dirimuntur; nam *τούτων* (in versu 3.) non ad *τούτους* vel *ἐκείνους* (in versu 2.) pertinet, sed ad *τούτους* (p. 202, 19). *ἑκατέρων* autem (p. 203, 1) ad quos pertineat, et qui sint *οἱ ἄλλοι,* nisi exemplo adhibito non satis intellegitur. Demosthenes igitur vel cum in contione de ordinanda re publica verba faceret vel cum paulo post orationem lima expolitam nec non commutatam litteris mandaret, argutam verborum structuram paulum turbare quam argumentum antea prolatum, quod ceteris vel antecedentibus vel insequentibus neglectis per se vituperatione dignum non videtur, prodere maluit.[1])

---

[1]) Recte igitur Wendlandius, cf. Gött. Gel. Anz. 1906, 364 sq.; v. s. p. 43 [1]

II 29 *περίεστιν τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι, τοῖς μὲν ταῦτα πεπεισμένοις, τοῖς δὲ ταῦτα, τὰ κοινὰ δ' ἔχειν φαύλως. πρότερον μὲν γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους.*

XIII 20: *οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες, τὸ-τὰ βέλτιστα σκοπεῖν ὑμῖν ἀφέντες, προσχωρήκασι πρὸς τούτους. καὶ πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε,* [1]) *νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν* (cuius?) *καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι μεθ' ἑκατέρων* (quocum? sed cf. II 29), *οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε* (quis? sed cf. II 29 *τριακόσιοι-ἄλλοι*), *οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους.*

§ 21 sq.: Cum Weilius de paragraphis insequentibus in commentario (p. 450) recte iudicaverit, verba eius afferre satis est. *καί τοι σκέψασθε . . . ἔξεσθ' ἃ προσήκει πράττειν εἰδέναι.* „Ces mots se retrouvent, à peu de chose près, dans la troisième Olynthienne § 23 (in tertia decima oratione verba *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* bis omissa sunt; III 23 *χρωμένοις παραδείγμασιν* ∾ XIII 21 *παραδείγμασιν χρησαμένοις*). Ils servent d' introduction à un morceau emprunté, sauf quelques omissions et quelques modifications — cum ex aliis tum ex eo loco, qui ab exemplo aliquantum discrepat, imitationem cognoscemus — au discours contre Aristocrate § 196—200. Les considérations finales (§ 25) viennent encore de la troisième Olynthienne (§ 32), laquelle a fourni, on le voit, le cadre du morceau."

§ 23/24: In his duabus paragraphis nemo est virorum doctorum, qui adhuc non offenderit et si non ex ceteris orationis partibus, at tamen inde imitatorem deprehendi persuasum habeat, quod ea exempla, quae a Demosthene allata sint, depravaverit et in malam partem commutaverit. Equidem Demosthenem in oratione *περὶ συντάξεως* habita id, quod in exemplo non recte protulit, sive quod erravit sive aliis de causis, occasione data emendare studuisse mihi persuasi. Longe enim aliter atque viri docti putant testimonium illud interpretandum est. Apud Weilium autem, qui ad ceterorum sententiam accessit, haec scripta videmus (p. 451): „D' après le passage correspondant du discours contre Aristocrate (XXIII 199/200) Ménon de Pharsale, ainsi que Perdiccas

---

[1]) Transposuitne in imitatione Demosthenes verba, ut brevium syllabarum frequentationem evitaret?

de Macédoine, reçut le droit de cité. Ici cet honneur est, pour le besoin de l' antithèse, remplacé par l' immunité, contrairement à la vérité historique, on ne saurait en douter. Pour des étrangers domiciliés dans l' Attique, des Métèques, l' immunité était un privilège considérable. Mais Ménon et Perdiccas étaient de grands seigneurs, qui vivaient loin d' Athènes, et qui ne pensaient pas à s' y établir jamais: l' immunité n' aurait pu les affranchir que des droits de douane.“ At novimus *Μένωνα Φαρσάλιον*, Thuc. II 22, 3 *ἡ δὲ βοήθεια αὕτη τῶν Θεσσαλῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ξυμμαχικὸν ἐγένετο τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀφίκοντο παρ' αὐτοὺς Λαρισαῖοι, Φαρσάλιοι . . . ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ἐκ μὲν Λαρίσης . . ., ἐκ δὲ Φαρσάλου Μένων*. Cf. VIII 92, 8 *μόλις δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων διακωλυόντων τοὺς ἐν τῷ ἄστει διαθέοντας καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα φερομένους καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου τοῦ προξένου τῆς πόλεως παρόντος*. Ergo non credo auctorem familiae Atheniensem factum esse; ea enim aetate civitas satis raro dabatur. Itaque Demosthenis Aristocrateae fidem non habeo.[1]) Quodsi res ita se habet, Demosthenem rei in priore oratione commemoratae memorem fuisse apparet. Huc accedit, quod etiam sermonem imitationis ab exempli differre supra demonstravimus; cf. enim ad *φθόρος, οἰκότριψ* (p. 29 sq.).

§ 25: Primam paragraphi vicesimae quintae periodum tertiae orationis Olynthiacae (III) §§ 30/31 imitari inter omnes constat; cf. Weilium p. 452: „Les considérations résument d' une manière générale ce qui est développé avec des détails précis dans les paragraphes 30 et 31 de la troisième Olynthienne. On remarquera le verbe *περιῃρῆσθαι*, employé dans les deux passages.“ Etiam de iis, quae sequuntur, Weilius satis recte iudicavit. *ἔστι δ' οὐδέποτ' . . . φρόνημα λαβεῖν*: „L'emprunt est textuel, sauf l'antithèse peu nécessaire (?) *ὥσπερ οὐδὲ . . . ταπεινὸν φρονεῖν*, qui ne se trouve pas dans l' autre discours.“

§ 26: *σκέψασθε δὲ* . . . „Les §§ 26—31 se retrouvent à quelques modifications près, dans la troisième Olynthienne § 23—31“.

§ 26 p. 205, 9—12: versus 9.— 12., praeterquam quod *ἐκεῖνοι* (10) verbum in Olynthiaca in initio paragraphi collocatum est[2]) (p. 38, 14 F.) et verba *ὑπήκουεν δ' ὁ ταύτην*

---

[1]) Gaudeo me in eadem sententia esse atque Heimerum (p. 4), qui longe aliam interpretandi viam ingressus de Aristocrateae fide recte dubitavit.

[2]) Fuhrius falso in apparatu: „om. III 24.“

τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὥσπερ ἐστὶ προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι omissa sunt, ad verbum cum exemplo consentiunt (III 24).

§ 26 p. 205, 13 sq: ταῦτα νομίζετ' αὐτούς *FY*
νομίζετε ταῦτα αὐτούς *A*
νομίζετ' αὐτοὺς ταῦτα *Σ*

ταῦτα verbum, quod glossema esse videtur, a Blassio et Fuhrio deletum est. Attamen quamvis codicibus inter se discrepantibus suspecta sit illa vox, num interpolata sit, dubites. Demosthenes enim in his paragraphis vel ad verbum cum exemplis consentit vel, quia opus esse ei videbatur, unum et alterum verbum transposuit. Quod iam supra in versu decimo (ἐκεῖνοι, quod Blassius delevit!) observavimus, idem etiam in quinto decimo, si codicem *Σ* sequimur, cognoscimus. Dem. XV 35 οὐχ ἵνα θαυμάζητ' θεωροῦντες μόνον ∾ XIII 26 οὐχ ἵνα θαυμάζωμεν ἡμεῖς θεωροῦντες αὐτὰ (αὐτὰ θεωροῦντες *FAY*; αὐτά, quantum video, a viris doctis deletum non est). Eodem modo in quarto decimo quoque versu res se habere videtur. Demosthenes enim scripsit XV 35 νομίζετε τοίνυν ταῦτ' ἀναθεῖναι τοὺς προγόνους ὑμῶν et XIII 26 In codice *Σ* hoc traditur: καίτοι νομίζετ' αὐτοὺς ταῦτα στῆσαι . . .; quae cum ita sint, ταῦτα nescio an delendum non sit; quod pro certo affirmare non audeo. Fieri enim posse, ut ταῦτα omissum ex illa oratione interpolatum sit concedo.

§ 27: Prima paragraphi vicesimae septimae verba, quam habeant rationem vel quid iudicandum sit, nemo, quin tertiae Olynthiacae paragraphum vicesimam septimam legerit, primo aspectu recte cognoscet. Ubi Demosthenes demonstravit rem publicam a maioribus egregie administratam esse, in praesentia autem Athenienses, quamquam omnibus adversariis vel devictis vel impeditis principem Graeciae locum facillime obtinere possent, occasionem rei bene gerendae dimittere. Quorum verborum memor Demosthenes, quod orationi περὶ συντάξεως habitae verba ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτ' ἐρημίας ἐπειλημμένοι inseruit, longe aliud sibi voluit atque in illa Olynthiaca. ἐρημία enim voce in utraque oratione exstante variae significantur sententiae, quarum neutra imperitum rhetorem vel imitatorem sapit; immo vero ex iis apparet duabus orationibus, quamvis sint inter se similes, diversas res a Demosthene illustrari. In Olynthiaca enim, qua res ab Atheniensibus bello vel gestae vel gerendae exponuntur, ἐρημία illa rei publicae commodo est summo: Athenienses cum Lacedaemonii victi, Thebani impediti, ceterae civitates parvae nec timendae sint, ab omnibus aemulis liberati sunt.

Neque tamen occasione non modo utuntur, sed etiam magna detrimenta accipiunt. (28) In oratione autem *περὶ συντάξεως* habita, qua Athenienses, ut perturbatam rem publicam denuo ordinandam curent, admonentur, *ἐρημία* non solum maximo incommodo, sed etiam periculum est, ne res publica pereat. Nam Athenienses et pecuniam profuderunt et sociis privati sunt, *ἔρημοι* igitur sunt: *ἡμεῖς δ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτ' ἐρημίας ἐπειλημμένοι, σκέψασθ' εἰ παραπλήσια*: nacti nuditatem, quam ante omnes habetis, i. e. videtis rem deductam esse eo, ut omnia deserta ac nudata sint; in animo habet enim paupertatem rei publicae, de qua verba facturus est. Ex quo intellegitur imitationem in oratione *περὶ συντάξεως* habita exstantem despiciendam non esse, nedum eam Demosthenis ingenio indignam iudicemus; quin etiam imitationem vocare vix licet.

§ 28: Demosthenes duodetricesimam paragraphum ex orationibus III (29,25) et XXIII (207) composuit. Pro *οἰκοδομήματα* enim *καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν* (III 25) et *τὰ τῆς πόλεως οἰκοδομήματα καὶ κατασκευάσματα τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα* (XXIII 207) sic scripsit: *οἰκοδομήματα καὶ κόσμον τῆς πόλεως τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον.* Inter verba *πόλεως* autem et *τοιοῦτον* interposuit verba ex duabus illis orationibus sumpta: *ἱερῶν καὶ λιμένων καὶ τῶν ἀκολούθων τούτοις;* cf. III 25 *ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων* et XXIII 207 *Πειραιεύς* ∾ XIII 28 *λιμένων.* In enumeratione autem, quae sequitur (p. 206, 9/10 F.) *προπύλαια ταῦτα* . . ., (∾ XXIII 207), quia tribus versibus ante *λιμένων* dicit, *Πειραιεύς* verbum omittere coactus est.

§ 29: Demosthenes in orationibus III 26 et XXIII 207 exponit, quanta modestia clarissimi illi viri fuerint, qui patrum memoria vixerunt, et Cimone omisso Themistoclem,[1]) Miltiadem, Aristidem exempli causa affert. In oratione XIII. autem Themistoclem, Cimonem, qui quanta luxuria fuerit, inter omnes constat, Aristidem commemoravit. Ex quo Schaeferus stultissimum imitatorem denuo deprehendi iudicavit, cum Weilius oratoris verba haud male defenderit. Dixit enim p. 454: *Κίμωνος* „Ce nom qui n'est ni dans l'Olynthienne ni dans le discours contre Aristocrate est considéré comme une addition imprudente du faux Démosthène. Cependant je ne vois pas que la large hospitalité de Cimon (Plutarque, Cimon 10) exclue nécessairement la simplicité de sa maison de ville.“ Huc accedit, quod domus Cimonis quantumvis splendida anno 460 Demosthenis aetate necessario habebatur sordida. Quamquam hic de magnitudine (*ὑπερήφανος* § 30 p. 207, 1 F.) dicitur. Itaque exaggerationem concedimus utique.

---

[1]) Themistoclis in Olynthiaca oratione mentio non fit.

§ 30: Fuhrius, qui in editionis margine Demosthenica orationis exempla attulit, in hac paragrapho erravit: neque enim Demosthenes III 19, sed III 29 ∾ XXIII 208 imitando expressit.[1]) Cum enim illic *ὁδοὺς ἐπισκευάζειν* dixerit, hic *ὁδοὺς κατασκευάζειν* scripsit, cum in exemplo *ἐπάλξεις κονιᾶν*, hic *κονίαμα,* artis vocabulum, enumerationi in versibus 17./18. exstanti inseruit. Cui parenthesin in Olynthiaca non exstantem addidit: *καὶ οὐ τοῖς εἰσηγησαμένοις ταῦτ᾽ ἐπιτιμῶ, πολλοῦ γε καὶ δέω, ἀλλ᾽ ὑμῖν, εἰ ταῦθ᾽ ἱκανὰ ὑμῖν αὐτοῖς ὑπολαμβάνετ᾽ εἶναι.* Hanc a posteriore rhetore, declamationis auctore, qui quid sibi voluerit, non perspicio, verbis ex Demosthenis Aristocratea et Olynthiaca sumptis insertam esse viros doctos censuisse hercle mirificum est. Recte autem de ea Weilius iudicavit (p. 455): „Cette parenthèse manque dans la troisième Olynthienne. L'orateur n'y prend aucun soin de ménager Eubule. Mais il se sert de tournures analogues pour ne pas blesser les généraux en signalant les abus des armées mercenaires."

§ 32 p. 207, 14 sq.: De qua expeditione pro Phliasiis vel contra facienda agatur, cum a nullo alio scriptore mentio facta sit, non constat; cf. Weilium p. 356: „Les luttes sanglantes qui avaient autrefois lieu à Phlionte entre les aristocrates et les démocrates (cf. Xen. Hell. V 3, 25 et VII 4, 11; Diod. XV 40) peuvent s'être renouvelées plus tard." At expeditioni in Megarenses factae ex inscriptione Eleusinia[2]) anno p. Chr. n. 1888 publici iuris facta nova lux affulsit. Cum enim Schaeferus existimaverit rhetorem finxisse res Periclis aetate ab Atheniensibus gestas nuperrime accidisse, cum Weilius nihil de Megarensibus constare fassus de expeditione paulo ante oratoris tempora, quandocumque vixit, facta agi coniecerit, anno a. Chr. n. 352 Athenienses cum Megarensibus bellum gerere constituisse cognovimus. Qua expeditione annis 350/49 facta Athenienses, quod sibi proposuerant, celerrime perfecisse Philochori testimonio in Didymi commentario exstante probatur:[3]) *Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς Μεγαρέας διενεχθέντες ὑπὲρ τοῦ ὁρισμοῦ τῆς ἱερᾶς ὀργάδος εἰσῆλθον εἰς Μέγαρα μετ᾽ Ἐφιάλτου στρατηγοῦντος ἐπὶ τῇ χώρᾳ καὶ ὥρίσαντο τὴν Ὀργάδα τὴν ἱεράν. ὁρισταὶ δ᾽ ἐγένοντο συγχωρησάντων Μεγαρέων...*

---

[1]) Exempli verba cum ea paulum mutata esse ab initio constet, silentio praetereo. (cf. XIII *οἱ τῶν κοινῶν ἐπί τῳ γεγενημένοι* ∾ XXIII *ἑκάστῳ τῶν τὰ κοινὰ πραττόντων*; illam sententiam hac deteriorem esse nego). Verba *ὅσην οὐδ᾽ ὄναρ ἤλπισαν πώποτε* etiam in oratione XIX 275 exstare Dobreus adnotavit.

[2]) Dittenb. Syll. [3] 204

[3]) col. 13, 47 sqq.

Itaque cum etiam Demosthenes ipse in tertia Olynthiaca (III 20) illius expeditionis mentionem fecerit, non habeo, quod quin oratio *περὶ συντάξεως* illis temporibus ab eo habita sit dubitem. Sed quo anno Demosthenes de re publica ordinanda verba fecerit, ut accuratius exploretur, ab inscriptione, qua illud de Megarensibus et collocandis terminalibus cippis *τῆς ὀργάδος* consultum continetur, et a Didymo auxilium petere num utile sit, infra cognoscetur. Utcumque autem res se habet, a Demosthene orationis Olynthiacae exemplum mala imitatione depravatum non esse constat.[1])

§ 34: *αἰσχρὸν γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἰσχρὸν λιπεῖν τὴν τοῦ φρονήματος τάξιν, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν.*	III 36 *ἀξιῶ πράττειν…, καὶ μὴ παραχωρεῖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον.*

Exemplum tertiae Olynthiacae in oratione XIII. non modo adhibitum, sed etiam aliquanto emendatum exstat. Recte enim sensit Demosthenes audientium animos sub finem orationis quam maxime movendos esse. Quod ut efficeret, illa Olynthiacae verba et satis fusa neque bene collocata (cf. *τῆς τάξεως, ἣν… τῆς ἀρετῆς…*) in artius contraxit et cum illic cives admonere, ne loco a maioribus hereditate accepto cedant, satis habeat, hic vetere superbia posita officium deserere turpium et ignavorum esse imprimis ostendit. Verba autem *ἡ τοῦ φρονήματος τάξις, ἣν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν,* ne quis in suspicionem vocet, duo testimonia obstant, quibus ea neque a Demosthene neque a quarti saeculi scriptoribus aliena esse probatur; cf. enim XV 33 *χρῆν τοίνυν καὶ τοὺς τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τάξιν ἐν τῇ πολιτείᾳ παραδεδομένην λιπόντας καὶ πολιτευομένους ὀλιγαρχικῶς ἀτίμους . . . ποιεῖσθαι.* Plat. Menex. p. 246 b *τούτων οὖν χρὴ μεμνημένους τοῖς τούτων ἐκγόνοις πάντ' ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, μὴ λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ.*

Haec habui, quae de oratione *περὶ συντάξεως* ab aliis Demosthenis orationibus pendente dissererem. Exempla Demosthenica autem, quae quando composita sint plerumque satis constat, non modo depravata, sed etiam cum subtilitate et artis quadam perfectione nonnumquam ita correcta esse, ut meliores fierent sententiae, ex singulorum locorum interpretatione apparuit. Quae cum ita sint, accuratius, quando Demosthenes orationem habuerit, explorare non iam opus est.

---

[1]) cf. Wendlandium, Gött. Gel. Anz. 1906, 365.

Caput III.

Quo tempore oratio a Demosthene habita sit, disputatur.

H. Francotte in dissertatione, cuius supra mentionem feci,[1]) orationem *περὶ συντάξεως* eodem tempore atque Aristocrateam a Demosthene habitam esse contendit (353/352). Sed si doctus ille vir orationem cum aliis Demosthenis orationibus tum tribus Olynthiacis contulisset, nescio an aliter iudicaturus fuerit. Neque enim fieri potest, quin Demosthenes ante XIII. hasce orationes habuerit: XXIII *κατ' Ἀριστοκράτους*, XIV *περὶ τῶν συμμοριῶν*, IV *κατὰ Φιλίππου α'*, XV *ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας*, I – III *Ὀλυνθιακός α' β' γ'*. Cum his autem oratio de re publica ordinanda habita usque eo consentit, ut Demosthenes, quae in illis paucis verbis nec iis satis perspicuis commemoravit, fusius pertractavisse videatur. Cum autem paulo ante, ut pericula a Philippo impendentia caverent, Athenienses identidem monuisset, in oratione, qua *περὶ συντάξεως* dicendum erat, Philippi de industria mentionem non fecit, sed totum se rei publicae ordinandae et administrandae dedidit. Recte igitur iudicavit Eduardus Schwartzius, qui orationem ab Olynthiacis seiungendam non esse (l. c.) cognoverit.[2]) Sed etiam cum oratione XIV. (*περὶ τῶν συμμοριῶν;* ol. 106,3) quam arto vinculo coniuncta sit,[3]) facili negotio cognoscitur. Utraque enim oratione Demosthenes civibus persuadere studet rem publicam, quo pericula quaedam imminentia facilius subeantur, maiore cum diligentia administrandam esse. Quae cum ita sint, officium praestare quantumque fieri possit, de re publica bene mereri uniuscuiusque civis esse. Quod ut perficiatur, multa rei publicae instituta funditus esse commutanda. Priusquam autem, quid faciendum sit, ostendat, initium dicendi facit in oratione

---

[1]) Le musée Belge 1913

[2]) p. 54^5 sq.; cf. 42^1

[3]) In omnibus codicibus alteram alteri orationi succedere supra commemoravimus (p. 10).

XIV. a classe de integro renovanda atque ornanda, in XIII. a theoricorum distributione vel conservanda vel tollenda. Quo fit, ut duae orationes, quod ad structuram et argumentorum collocationem attinet, satis inter se similes sint.[1]) Cum autem Demosthenes in illa oratione, quae prima habenda est earum, quae *Φιλιππικοὶ λόγοι* vocantur, nonnulla tacuerit et quid sentiret vel in animo haberet, nondum plane proferre ausus sit, orationis *περὶ συντάξεως* habitae omnibus fere locis libere loqui et per totam fere orationem Atheniensium levitatem acribus verbis corripere non dubitavit. Quamquam enim in XIV. solo a Persarum rege Atheniensibus periculum imminere affirmavit, ex paucis verbis sub finem orationis factis elucet eum nihilo minus Philippum respexisse;[2]) in oratione *περὶ συντάξεως* autem, quibus de causis Philippi mentio non fiat, Eduardus Schwartzius (l. c. 54 sq.[5]) et Dielsius[3]) cognoverunt, quorum quod rationem non habuit, Francotte non recte fecit (l. c.). Neque tamen, quamquam Philippus ipse nusquam commemoratur, Demosthenes periculosissimum illum adversarium neglexisse videtur. Quorsus enim tota oratio spectat, nisi ut Athenienses re publica ordinata bellum cum Philippo gerendum parent? Huc accedit, quod sub finem orationis similiter atque in oratione XIV. Philippi nomen latere videtur: cf. enim XIV 41 — XIV 11 ∾ XV 6: *παρασκευάζεσθαι μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς κελεύω, ἀμύνεσθαι δὲ βασιλέα καὶ πάντας, ἐὰν ἀδικεῖν ἐπιχειρῶσιν* ∾ XIII 35 *τοῖς δοῦσιν ἐχθροῖς οὐκ ἔνι πιστεῦσαι καὶ μεγάλους ἐᾶσαι γενέσθαι.*

Ceterorum autem testimoniorum, ex quibus quando oratio composita sit, concludere licet, principem locum obtinet inscriptio Eleusinia, quam supra commemoravimus, cuius auctoritate permotus Blassius orationem a Demosthene anno 352 habitam esse contendit[4]); quam sententiam Wendlandius redarguit.[5]) Consilio enim expeditionis in Megarenses faciendae, cuius Demosthenes mentionem fecit (XIII 32), anno

---

[1]) Singula inter se congruentia neque ex oratione XIV. neque ex ceteris huc spectantibus (XV, I-III) afferre e re putavi. Orationis autem *περὶ συντάξεως* habitae vel periodorum structuram eandem esse atque eius orationis, quam a Demosthene compositam esse inter omnes constat, uno exemplo satis probari mihi videtur: XIV 2 *καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· εἰ μὲν…, εἰ δὲ…* ∾ XIII 11 *ὡς οὕτως ἔχει· ἂν μὲν…, ἂν δὲ…*

[2]) cf. Wendlandium in Actis Societ. Gotting. 1910, 294[4].

[3]) in Didymi comm. p. 65.

[4]) vide Addenda et Corrigenda

[5]) cf. supra p. 58 sq.

353/352 capto anno 350/349 demum Athenienses in Megarensium fines invaserunt. Quibus appropinquantibus Megarenses de ὀργάδος finibus restituendis, quidquid placebat, concesserunt et, ut cippos suo ipsorum arbitrio constituerent, permiserunt. Ergo bellum cum Megarensibus gestum esse si quis dicat, erret. Cum autem parvulam illam expeditionem Demosthenes in tertia Olynthiaca (20) ut perfectam, in oratione XIII. ut decretam commemoravit, Blassius hanc orationem ante annum 350 habitam esse iudicavit. Sed quoniam acie omnino decertatum non esse, quin etiam adversarios ne manus quidem conseruisse ex Philochori apud Didymum verbis[1]) apparet, Demosthenes illud consultum quasi irritum et inane fuisse recte dixit. Quid igitur obstat, ne oratio post illam expeditionem habita sit, id est post 350/349? Similem autem sententiam ac Blassius Dielsius protulit in commentario in Didymum conscripto.[2]) Qui quamquam orationem ante controversias anno 350/349 compositas habitam esse sibi persuasit, ad Blassii sententiam, quod ad tertiam Olynthiacam attinet, non accessit, sed orationem XIII. eodem tempore quo III., id est circa annum 351[3]) habitam esse coniecit. Licet orationes Olynthiacae 351/350 (vel id quod verisimilius puto 350/349 Olynthiorum re in maius discrimen adducta) habitae sint, id quidem nobis constat orationem *περὶ συντάξεως* habitam a tertia Olynthiaca pendere. Quoniam autem cum exemplo tam arto propinquitatis vinculo coniuncta est, ut Demosthenes quae in illo praeteriit tamquam supplens adiecerit, restat, ut anno 349 vel paucis diebus vel nonnullis mensibus post habita sit.[4]) Interpositum autem esse inter duas orationes aliquot mensum spatium ex argumento, quod adhuc neglexi, elucet. Athenienses enim Eubulo suadente lege sanxerant, ne quis, ut pecuniae publicae ex Periclis aetate populo distributae cum in alias res publice gerendas tum in bella reservarentur, rogaret. Auctorem autem pecuniarum profusarum et rei publicae debilitatae gratiam a populo inisse manifestum est. Neque tamen deerant, qui legi illi, quae si diu valeret, non dubitabant, quin totam civitatem summo detrimento afficeret, vehementissime repugnarent. Quorum in numero erat Demosthenes. Non prius autem, id quod

---

[1]) cf. supra p. 58 sq.

[2]) p. 65, ad col. 13, 59

[3]) „schwerlich vor 351"

[4]) aliter Heimerus p. 49-53, qui orationem vere anni 350 habitam esse censet. Heimerus enim scholiastae verba (cf. supra p. 9) non recte interpretatus orationem XIII. vetustiorem quam Philippicam I. iudicavit.

sibi proposuerat, ut lex illa tolleretur, perfecit, quam populus, quodnam periculum rei publicae impenderet, intellexit. Quae cum ita essent, Demosthenes in prima Olynthiaca illarum pecuniarum paucis verbis mentionem facere neque quicquam certi ab Atheniensibus postulare ausus est (I 19/20). In altera autem oratione *θεωρικά*, quamquam ea salutis publicae causa non iam distribuenda esse persuasum habebat, ne commemoravit quidem,[1]) sive quod paulo ante in priore oratione omnia, quae opus esse ei videbantur, disseruerat, sive quod de hac re populo parum accepta saepius verba facere dubitabat. At in tertia Olynthiaca, quam ut eodem anno ita aliquanto post primam alteramque habitam esse constat, magna voce postulavit, ut populus eos, qui legem illam perniciosam pertulissent, tollendae operam navare iuberet (10—13); ipse autem, ne rogationem ferret, cavit. Cum autem in oratione *περὶ συντάξεως* habita et ea, quae in tertia Olynthiaca de re publica ordinanda breviter commemoravit, fusius pertractaverit et quemadmodum pecuniis utendum esset, ostendere non dubitaverit, restat, ut inter duas orationes illa lex sublata sit (cf. XIII 3 *ἐκκλησίαν ἀποδιδόναι*! vid. supra p. 18 sq.) Quodsi res ita se habet, oratio XIII. vergente anno 349/8 Olyntho nondum capta (348) a Demosthene habita sit necesse est.

---

[1]) recte Schaeferus II 138; erravit igitur scholiasta p. 72, 17; 107, 9 Ddf.

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad p. 12[3]: Cum, quid Blassius in altera editione de oratione sentiat, non satis accurate me exposuisse persuasum habeam, pauca hic adicere liceat. Censet enim doctissimus ille vir haec: cum aliis argumentis tum inscriptione Eleusinia eodem quo orationis paragraphum tricesimam alteram spectante probari orationem non esse declamationem a Demosthene prorsus alienam. Cum autem non pauca sapiant stolidum imitatorem, restare, ut auctor schedis Demosthenis usus novam composuerit orationem coniunctis inter se singulis partibus a Demosthene ipso in lucem non editis et imitationibus ex Aristocratea et tertia Olynthiaca fictis.

ad p. 23[1]: cf. Eurip. Hecub. 800 sq.:

νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι᾽ ὡρισμένοι.

Vita.

Natus sum Fridericus Waltharius Levy Berolini a. d. VI. Non. Mai 1896 patre Henrico matre Helena e gente Berger. Fidei addictus sum evangelicae. Anno 1913 maturitatis testimonium in gymnasio Charlottenburgensi, quod a Mommseno nomen trahit, adeptus universitatem Fridericam Guilelmam adii. Docuerunt me Cassirer Diels Erdmann Friedländer Goldschmidt Heusler Loeschcke † Meister Ed. Meyer Noack Norden Riehl Rodenwaldt Roediger † Roethe Schneider Schulze de Wilamowitz-Moellendorff. A vere anni 1917 usque ad hiemem anni 1919 magistri munere functus sum in gymnasio, cuius discipulus quondam fui. Examen pro facultate docendi mens. Dec. anni 1918, examen philosophiae a. d. VIII. Kal. Febr. 1919 superatum est.

